etiam in concilio prouinciali interdum consueuit. ratio est, quia de fide diffinitio quæ fit in cócilio, quod œcumenicũ nó sit, vt vim habeat obligandi, & cóuincendi hæreticos ex peculiari summi Pont. cómissione fieri debet, eiusque insuper autoritate corroborari atque muniri. nã per se quidem certa nó est & quæ fallere non possit, quæ fit à concilio, quod œcumenicũ non sit, de fide diffinitio. nihil autẽ prohibet quim huius rei definitionẽ Pótifex, vnius alicuius prouinciæ committat episcopis. Imo vero ne vni quidem episcopo, quod vel exemplo Sixti quarti patere possit qui Alfonso Carrillo Archiepiscopo Toletano causam Petri Oxomensis commisit: quam ille quidem tractauit Compluti. aliquando etiam accidere possit vt alicuius prouinciæ Episcopi in synodum coaduanati fidei causam, sed actam iam

Causa fidei cómitti potest à pontifice uni episcopo.

ac definitam cõtra hęreticos in œcumenico concilio iterum tractét specialius: & renouatam suis decretis populis sibi subditis credendam proponãt. Huius rei exemplum nobis suppiditare posśit conc. 1. Bracarense in cuius præfatione, ego sic scriptum reperio,

Licet olim priscillianę hęresis cõtagio in Hispaniarum prouintijs detecta sit ac damnata, nequis tamen per ignorantiam, aut alicuius vt assolet, scripturis deceptus apocriphis, aliqua adhuc ipsius erroris pæstilentia sit infectus, manifestius ignaris hominibus declaretur, quia ipsi in extremitate, & in vltimis huius prouinciæ finibus constituti, aut exiguam aut pene nullam rectæ eruditionis notitiam contigerunt. Subiungit deinde conc, quod rem ipsam declarat planius, & opinionem nostram confirmat, credo auté vestræ beatitudinis

nis fraternitatem nosse, quia eo tempore, quo in hisce regionibus nefandissimæ Priscillianæ sectæ venena serpebant, beatissimus Papa vrbis Romæ Leo, qui quadragesimus ferè apostoli Petri successor extitit per Turibium notarium sedis suæ ad synodum Galliciæ contra impiam priscillianæ hæresis sectā scripta sua direxit, cuius etiam precepto Tarraconenses: & Cartaginenses episcopi. Lusitani quoque & Betici facto inter se concilio regulā fidei contra Priscilliani heresim cum aliquibus capitulis, conscribētes ad Bellonium tūc huius Bracarensis ecclesiæ presolem direxerunt. Vnde, quia ipsum perscripte fidei exemplar cum suis capitulis præ manibus hic habemus, pro instructione ignorantium, si vestre placet reuerencie, recitetur. Omnes episcopi dixerunt valde necessaria est capitulorum lectio, vt dum

Is erat episcopus Asturicē. qd cōstat epistola 93. Leonis

simplicioribus pristina sanctorũ patrum instituta panduntur, abominata iã olim à sede beatissimi Petri apostoli & dãnata Priscillanæ hæresis figmenta cognoscũtur. lectum est exẽplar cum capitulis: post lectionẽ vero omnes episcopi dixerunt, declarentur hæc euidentius positis modo capitulis, vt qui minus est eruditus intelligat. hactenus conc.

2. obseruatio. Quemadmodum autem non satis cõuinci potest aliquod conc. esse nationale quia in eo tractatur causa fidei, quandoquidem tractari etiã potest, vt ostendi, in conc. prouinciali, ita quoque nihil prohibet in conc. prouinciali cõmunia totius nationis aliqua negocia tractari; modo id fiat ex cõmissione: quòd suo loco monstrabimus aperte.

Quando rex conc. intersit. Præter eas quas explicui notas nationalis concilij. non omnium quidẽ nationalium conciliorum pariter cõ

munis;

munis, sed Toletanorũ maximè propria illa est vt in ea rex adstet simul cũ illustribus palatinis, ac de eius imperio synod⁹ cõuocetur. hoc.n. nusq̃ scimus cõtigisse cum conc. ageretur prouinciale. rationẽ etiam huius rei suo loco reddemus.

Caput quartum.

Quo genere Toletana conc. contineantur, Præsertim primum.

ACcedamus iam propius; ac de Cõcilijs Toletanis nõ vniuersè modo, sed specialiter etiã, & ꝑ partes disseramus. sic.n. perfectior erit disputatio. & quoniã dixeramus superius, non esse omnia Toletana cõcilia, nationalia, quænã. & quot sint, explicemus scrupulosè, sumpto argumẽto à superioribus notis. exordiamur autẽ à primo: de eo vero sic statuto,

 Primum

Primum concilium Tolet. eorum quæ extant modo, prouinciale fuit: est in hac nostra opinione Archiepiscopus Toletanus in summa conc. initio huius concilij, tametsi nullam adferat rationem. Cuius sententia licet hac parte à nobis probetur, illo nomine improbatur, quòd dicat conc. 1. Toletanum à Leone. 1. fuisse confirmatum. vt enim dicemus inferius, hoc conc. non fuit habitum sub Leone, sed potius sub inocentio. 1. superiorem sententiam his argumentis conuincimus maximè, quia neque titulum habet concilij vniuersalis, neque ꝙ sciam, vspiam ea ratione, & nomine citatur, neque in eo adfuerunt plures Metropolitæ, aut ex varijs prouincijs episcopi. Neque quæ in eo tractantur causæ & negotia ad episcopos diuersarum prouinciarũ spectant. Quod intelligere posit, qui per ipsum concilium animum cir-

Primum conc. non est confirmatũ à Leone. 1.

circunferre velit. Quinimo, si verum est quod ad eius concilij marginem quidam adiecit, omnes episcopi, qui huic concilio interfuerunt, erãt ex Gallicia sic.n.legimus, de Gallicia & Lucẽsis vrbis conuentu, & municipio Celenis, omnes decem, & nouem isti sunt.

Cap. præterea 11. colligi videtur, quæ sunt in hoc acta cõcilio ad vnã dumtaxat prouinciam pertinere, cũ in eo dicatur,

Mox scripta percurrant per omnes prouinciæ episcopos. Cùm.n. dicat conc. per prouinciȩ episcopos, illam proculdubiò prouinciam significat, ad quam qui prȩsentes aderant episcopi, pertinebant. Alioqui per Hispaniam dixisset, vel per singulas quasque prouincias.

Accedit ad hoc non leuis, vt arbitror, coniectura, vt credamus, primum & secũdum conc. Toletanum

non potuisse putari nationalia, sed ꝓuincialia solum: quòd concilia natio nalia, & totius Hispaniæ, sicuti admonui superius, & colligitur ex conciliorum monumētis, imperio regis agi solebant. quoniā vt alio loco monstrandum nobis est, non tantum de rebus ecclesiæ in eisdem agebatur, Sed de regni quoque, regisque secularibus causis atqui ante conc. 3. Toleta. in quo Recaredus simul cum illustribus gentis Gothicæ multisque Sueuis ad ecclesiam Romanam redijt, & catholicam fidem est amplexus, cum prius essent Arriani, credibile non est, reges Gothos permisisse, vt totius Hispanæ nationis, catholicorum episcoporum concilium cogeretur. quinimo singuli, vt arbitror Metropolitæ non sine metu regis Arriani synodos ꝓuinciales tenebāt. quare proculdubio conc. 1. prouinciale
1. obiectio putandū est, non nationale. Obijciet aliquis

aliquis, hoc cōc. videri nationale ex negotijs in quibus occupatur; ex prefatione. n. constat tractari in eo res totius cleri: cum ita legatur,

Communi concilio decernamus quid ab omnibus Episcopis in ordinandis clericis sit sequendum.

Scrupulū eximit ipsamet synod⁹; nā cum nominasset decē & nouē episcopos puinciȩ Gallicianȩ, subiūgit, *Solvitur.*

Quoniā singuli cępimus in ecclesijs nr̄is facere diuersa, decernam⁹ cōmuni concilio, quid ab omnibus in ordinandis clericis sit sequendū. vnde manifestū apparet, cū cōmune concilium dicitur, illud intelligi quod decem & nouem memoratis episcopis efficeretur; & cū ait, quid sit ab omnibus sequendū, decernamus, illos significari solum qui tunc temporis in vnum coierāt, & diuersa, vt conc. ait, facere solebant in suis ecclesijs, præsertim in ordinatione clericorū.

Quanq̃

Quanq; si quis velit, non sine ratione possit asserere quæ sunt de clericorum ordinatione in hoc cócilio definita, ad omnes Episcopos Hispaniæ pertinere potuisse, tametsi, vt diximus, concilium fuerit prouinciale. pertinent aũt. ad vniuersam Hispaniam non virtute concilij, quod re vera prouinciale fuit, sed ex cómissione, & confirmatione Innocentij primi: quod constat ex epistola eiusdé. 24. ad Episcopos in synodo Tolet. sed de ea re latius dicem⁹ inferi⁹.

Secunda obiectio. Illud præterea lectorem perturbare possit, & si rem spectet leuiter, à sententia fortasse deijciet, quòd huic synodo, qui interfuerũt Episcopi, res fidei tractauerint contra omnes hæreses: præsertim vero contra Priscillianistas. atqui, vt ex concilio. 4. Toletano recitaui superius, generale cócilium est in quo de fide, que cõmunis est omniũ christianorum agitur. ceterum

cæterum quòd in hoc cõcilio aduerſus Priſcillianiſtas actũ ſit, docemur vltimo cap. eiuſdem, his verbis, Regulæ fidei contra oẽs hæreſes, quàm maxime, contra Priſcillianiſtas.

Satisfit dubitationi.

Ego vero dabo operã vt propoſitæ dubitationi ſatisfaciã, tametſi illa difficilis ſit, atque impedita. neq; pugnantiã indicaſſe contentus, id enim exigui laboris eſt, tollã, etiam ſi poſſim. Bifariam tamen id efficere tentabo. Primum igitur aſſero nõ recte colligi concilium eſſe generale, aut non eſſe prouintiale, quòd in eo agatur cauſa fidei. Hoc monſtratum eſt à me ſubiectis exemplis ſuperius. licèt ergo concedamus in hac ſynodo de rebus fidei tractatum eſſe, nemo poſſit ſatis conuincere hoc ipſo nomine eam fuiſſe generalem. Deinde planè nego in hoc concil. 1. Toletano de rebus fidei eſſe tractatum. obijcies, atqui conſtat contraria ſententia

Cauſa fidei acta in conc. non oſtẽdit eſſe generale.

Tertia obiectio.

tia capit. vltimo, quod eſt veluti appendix huius concilij. Reſpondeo eam fidei tractationem, ac definitionem quæ ad calcẽ adiecta eſt, nequaquam poſſe ad hoc concilium pertinere: quod ſane tum ex temporis ratione, tum ex Epiſcopis conuincam. In primis ex verbis concilij conſtat, regulas iſtas fidei ex Leonis papę primi præcepto factas eſſe, id non modo verum eſſe conſtat ex cap. 21. concilij huius, ſed etiam ex prefatione concilij Bracarenſis primi, his verbis, quæ paulò etiam ſuperius recitaui. Credo autem veſtræ beatitudinis fraternitatem noſſe, quia eo tempore, quo in his regionibus nefandiſsimæ Priſcillanæ hæreſis venena ſerpebant beatiſsimus Papa vrbis Romæ Leo qui quadrageſſimus ferè Apoſtoli Petri ſucceſſor extitit, per Turibium Notarium ſedis ſuæ ad ſynodum Gallıciæ contra impiam Priſcillia-

Soluitur

fidei regulæ ad calcẽ. 1. conc poſitæ ſunt editæ in. 1. conc.

scillianæ hæresis sectam scripta sua d rexerit, cuius etiã præcepto Tarraconenses, & Cartaginenses, Lusitani quoq; & Betici facto inter se concilio regulam fidei contra Priscilliani hæresim cum aliquibus capitulis conscribentes ad Veilonium, tunc huius Bracarensis ecclesiæ præsulem direxerunt.

Planum ergo est illas fidei regulas factas fuisse de præcepto Leonis primi, quemadmodum etiam ex eorum pręãbulo docemur, ad calcem huius primi conc. & constat apertè ex epistola.93.Leonis primi ad Turibium Episcopum Asturicensem, quæ habetur.1. tomo conciliorum: & circunfertur inter Leonis epistolas vna cum alijs eius scriptis. Quæ scrupulum hunc prorsus adimit. illã legat qui cupit sibi hac parte satisfacere, præsertim eius initium, & finem.

Ex

Ex his, quæ dixi superius, obiter colligo, errorem esse dicere .1. conc. Bracarense habitum esse circa tempora Honorij primi, quéadmodum legimus eius initio. nā Honorius fuit vigesimus quintus à Leone.1. quare cum conc. Bracarense dicat, velle se ea tractare, quæ alij Episcopi Hispani, de hæresi Priscilliani ex præcepto Leonis primi tractauerunt, non debuerunt id facere tam sero. existimo ergo pro Hilario, Honorium fuisse positum. Hilarius etenim proximè consequutus est, Leonem primū qui annos viginti vnum pontificatū gessit. conc. Vero Toletañ.1. de quo disputamus, non est habitum sub Leone.1. omnium ecclesiasticorum scriptorum opinione.

Pro Hilario Honorius positus.

Dices tu forsam, sub quo igitur Pōtifice? reperio additum ad eius margi nem statim initio celebratum esse sub Anastasio Papa. hoc si verū est, ego non

Primū cōcil. Tolet. quo pontifice factū

non video quo pacto illæ fidei regulæ ędi potuerint ab his episcopis, qui conc. 1. Tolet. tenuerunt. nam, vt ex historia constat Pontificum, Leo primus, sextus fuit Pontifex ab Anastasio. interfuerunt. n. Innocentius primus, Zosimus, Bonifaci⁹ primus, Celestinus, Sixtus tertius. quare falsam esse existimo eorum hominum opinionem atque sentētiam, qui hoc primum concilium Toletanū sub Anastasio, vel circa eius tempora celebratum esse ferunt. arbitror aūt gestum fuisse sub Innocentio. 1. qui est Anastasium proxime secutus. cōuincitur hæc sententia ex epistola. 24. eiusdē Innocentij quę habetur primo tomo conciliorum, cuius titulus est Innocentij epistola. 24. ad synodum in ciuitate Toletana constitutam. in cuius cap. 1. ea scribit Pontifex ad synodum, tractanda, quæ in eadem synodo verbis fere eisdem, tractata sunt.

1. cōc. Tolet. nō est factū sub Anastasio

Factū est sub Innocentio. 1.

C sic

ſic enim habet cap.1.epiſtolæ citatę.
Innocẽtius vniuerſis epiſcopis in Toletana ſynodo conſtitutis.

Sæpe me,& nimium,cum teneret cura ſolicitum ſuper diſſenſionis ſciſmate eccleſiarum, quod malum per Hiſpanias latius indies ſeparationis gradu incedere fama proloquitur, neceſſarium tempus emerſit, quo non poſsit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina prouideri.quod autem id malum ſit, cui adhibendum eſſe remedium, inquit, ſtatim exponit, dicens, vſque adeo prauas ab epiſcopis Hiſpanis ordinationes clericorum fieri ſolere, vt niſi timor eſſet ne perturbationes exorirentur, factæ infectæ fieri debuerint. atqui conc. primum Toletanum de re agit eâdem,& verbis fere eiſdem. ſic enim habet initio. Conuenientibus epiſcopis.&c. Patronus epiſcopus dixit. Quoniam ſinguli cę

pimus

pimus in ecclesijs nostris facere diuersa,& inde tanta scãdala sunt quæ vsque ad schisma perueniunt, si placet, communi consilio decernamus, quid ab omnibus episcopis in ordinandis clericis sit sequendum.

Vide q̃ congruat cũ pontifice cõcilium, tũ rebus ipsis de quib⁹ agitur, tum verbis. vt nemini dubiũ esse possit, hoc ipsum, illud conciliũ esse, ad quod Innocentius papa scribit.

Confirmatur hæc sententia, quia initio huius concilij dicitur, celebratũ esse cõsule Stilicone, atqui Stilicõ gessit consulatum sub Innocentio. 1. quod ex eius epistolis apertũ est, presertim. 3. ad Exuperium Tolosanum episcopum quæ ita concluditur, Datum. 10. Calend. Martij Stilicone. 2. & Antemio consulibus. *Cõsule Stilicone factũ. 1. cõc.*

Conuicimus hactenus. 1. conc. Tolet. non sub Anastasio, sed sub Innocentio. 1. fuisse celebratum. hoc li-

cet verum ſit, minime verum eſſe po teſt, vt regulæ fidei, ad eius calcē adiectæ, in eodem concilio ſint æditæ. quoniam ab Innocentio. 1. ſub quo conciliū celebratum eſſe conſtat, ad Leonem primum, quintum ab Innocentio, cuius imperio epiſcopi coierunt, vt regulas iſtas fidei facerēt, aliquot anni decurrerunt. concilium vero quoduis, ſed maximè prouinciale, paucis tantum diebus peragebatur; quenadmodum inferius oſten demus.

Ex epiſcopis etiam, vt dicebam, argumentum capi poteſt. licet. n. par ſit numerus epiſcoporum, qui concilio ſubſcribūt, eorum numero qui regulas illas fidei condiderunt, profecto non ijdem omnino ſunt, ſed aliquot potius diuerſi. vt intelligamus nō potuiſſe ſimul primum iſtud Toletanum concilium fieri, & regulas iſtas fidei. eius etenim epiſcopi, qui

poſtre-

postremus subscribit regulis, nulla mentio in concilio fit.

Quid autem dicemus de his regulis? Arbitror sane æditas fuisse, ab ijs episcopis, qui adfuerat in concilio .1. Toletano. at non cum illud concilium teneretur. vt. n. ex titulo constat, Leo primus episcopis præcepit Hispanis, vt aduersus Priscilliani hęresim regulas fidei facerẽt. cui, vt morem gererent, singuli Metropolitæ in suis prouincijs rem tractauerunt, Tarraconenses, Betici, Lusitani, & Cartaginenses. cum conc. synodi generalis teneri nõ posset, vt loquitur Leo primus ad calcem epist. 93. cæterum cum illis qui concilia in vnũ collegerunt, non satis probaretur, vt eæ fidei regulæ per se circumferrentur, adiecerunt illas, iuditio meo, primo concilio Toletano, quod paucos ante annos habituum erat. atque ob eam rem etiam potuerunt his regulis

Quinã regulas fecerint.

ſubſcribere, ijdem qui concilio ſubſcripſerant epiſcopi.

De profeſſis caſtitatem. In hoc concilio illud inter cætera definitur, quæ vouit Deo caſtam vitam mulier, quam puellam Dei vocat conc. familiaritatem non habeat, etiā cum proprio cōfeſſore. quæ lex ſi hoc tēpore ſeruaretur, fortaſſe melius cum velatis mulieribus ageretur earumq; tranquillitati, & pudicitiæ rectius conſultum eſſet. corrumpunt

1. Cor. 13. enim vt Paulus inquit, Bonos mores colloquia praua.

Caput quintum.

De ſecundo concilio Toletano.

SEcundum concilium exiſtimo etiam eſſe prouinciale. hoc, tametſi firma aliqua ratione certum efficere non admodum facile ſit, aliquot in medium argumēta proferemus, quibus noſtra ſententia non leuiter confirmari

Conc. 2. Tolet. eſt prouinciale

firmari possit. primum, quia nullum *1. ratio.*
in eo nationalis concilij indicium,
nullum vestigium apparet. nam, ne-
que titulum habet synodi generalis.
neq; eo nomine à quopiam citari vi-
deo, neque episcopi in ea synodo ad-
sunt ex diuersis prouincijs coaduna-
ti: neque plures continet Metropoli-
tas: neque nationis aguntur in eo ne
gotia imo vero neque nomina eccle
siarum extant, quibus episcopi præfi
cerentur: vnde coniecturam facere
valeamus, quoniam illi pertineant.

Secundo quia ad eius calcem scri *Secunda.*
ptum est, si quis tàm nostrùm, quàm
corũ qui nunc sanctę synodo, ex hac
prouincia defuerũt. &c. Quibus ver
bis non obscurè significari videtur
vni⁹ prouincię omnes eos esse episco
pos qui huic concilio interfuerunt.

Tertio quia si esset generale cõci *Tertia.*
liũ toti⁹ Hispanię adfuisset ꝓculdu-
bio in eo rex. ædictoq; cauisset suo,

vt concilium obſeruaretur, quod acı cidit perpetuò in cõnc. Toletanis, totius nationis. atqui nihil ſimile contigit in hoc concilio, vt apparet.

Quarta. Poſtremo quia ad finem huius ſyı nodi, ſtatuitur, vt Montanus, qui eſt in Metropoli, debeat literas deſtinare ad comprouinciales epiſcopos, de congreganda ſynodo ſuo tempore.

1. obiectio Obijciet aliquis hanc ſynodum eſſe nationalem, quoniam quædam, quæ in ea tractantur, ac definiuntur negotia, vidētur ad totam nationem pertinere. cap. n. 5. decernitur in hūc modum, nequis fidelium propinquā ſanguinis ſui vſque quo affinitatis lineamenta generis ſucceſsione cognoſcat, in matimonio ſibi deſideret copulari.

Soluitur. At ſi rem inſpiciamus diligenter facile comperiemus nihil iſto, aduer ſus nos, effici teſtimonio. nam ſi quia in decreto dicitur, nequis fidelium,

Colligat

Colligat quis, non ad vnam tantum prouinciam,ſed ad nationem potius pertinere decretum pariter colligere poſsit,ad omnes fideles ſpectare: omneſque illa lege conſtringi: nullum autem concilium, niſi illud oecumenicum ſit,omnes fideles obligare valet: eo igitur decreto duntaxat eius prouinciæ fideles adſtringuntur.

Obijciet ſimiliter aliquis, nationale hoc concilium videri,quoniam cap.3.conc.Hiſpalenſis.1.innouatur decretum factum in concilio Toletano:ne, cum clericis extraneæ habitent mulieres:atqui hoc ſtatutum eſſe videtur in conc. 2. Tolet. cap. 3. & ita ſane adiectum reperio ad marginem huius.1.conc.Hiſpal. ergo cócil. ſecundum Tolet. eſt nationale. nam cum dicat,in prouincia Betica, cuius erat Metropolita Hiſpalenſis epiſcopus, non obſeruari decretum Secunda.

Toleti æditum de hac re. atque ob eam rem illud renouet Hiſpalenſe conc. proculdubio idipſum decretum, alias etiam prouincias præter Cartaginenſem, cuius Metropolis erat Toletum, complectebatur. non eſt igitur prouinciale, ſed potius nationale ſecundum conc. Toletan. mi

Soluitur. hi tamen videtur dicendum, etiam ſi alios, aliter ſentire atque aſſerere videam, loco citato Hiſpalenſis concilij, non fieri mentionem decreti Cõditi in. 2. Toletan. ſed in tertio, quod proculdubio moſtrabo paulo inferius eſſe generale totius Hiſpaniæ. hanc ſententiam eo primum argumento conuinco, quia licet in ſecũdo & tertio cõc. Tolet. de hac ipſa re latã lex ſit, certe conciliũ Hiſpalenſe nõ citat Toleta. conc. ſecundũ, ſed tertium. quoniã verba conc. Hiſpalenſis, non tàm poſſunt cõc. ſecundo Toletano, q̃ tertio accõmodari: cap. 5. conc. 3.

Conc. Hiſpal. non facit mentionem. 2. Tolet. ſed 3.

Toleta. hoc modo decretum eſt,

Qui contra veterum imperata (intelligit antiqua generalia concilia, Nicenũ, & Calcedonenſe, in quibus id ipſum cautum eſt) in ſuis celullis mulierum quę infamię ſuſpitionem poſſunt generare, conſortium habuerint, illi canonicè diſtringantur. mulieres vero ab epiſcopis venundentur. &c. Concilium vero Hiſpalenſe, quoniam videbat id ab epiſcopis parum diligēter curari, neque vllas ab eis id genus mulieres vēdi, lege lata hāc curā ſęcularibus iudicibus cōmiſſit, quo meli⁹ de ea re executioni lex mandaretur, ſic enim habet cap. 3.

Quia quidā epiſcoporū, nō obſeruātes nuper æditum conc. Tolet. decretum nimis ſoliciti in ſubiectis exiſtunt, placuit ꝓinde, vt ſi præsbyter, diaconi vel clerici cōſortia extranearum feminarum vel ancillarū familiaritatē ꝑ ſacerdotis ſui admonitionem

nem a se minus remouerint, sęculi iudices easdem mulieres, cum voluntate, & permißione episcopi comprehensas in suis lucris, vsurpent. vt vicium hoc, dum sacerdos prohibere non prȩualet, potestas iudicialis coerceat.

Cap. vero. 3. conc. 2. Tolet. licet prohibeatur clericis consortium extranearum mulierum, nõ additur ea pena vt vendantur mulieres. sed solum quòd retrahantur sacerdotes. qui id crimen admisserint ab officio, & expellantur ecclesiæ foribus, quod facilè qui velit, intelliget. sic enim habet conc. 2. Toleta. cap. 3. illud speciali ordinatione decreuimus, quòd neque antiqua concilia in canonibus, Vniuersim siluerunt, vt nullus clericorum in consortio familiaritatis habeat mulierem. &c. Sane deinceps quisquis earum consortio frui voluerit, nouerit se non solum

ſolum à clericatus officio retrahi. vel eccleſiæ foribus expelli, ſed omnium etiam catholicorum communione priuari.

Confirmatur deinde ſententia noſtra, quia cùm in conc. Hiſpal. dicatur, quòd epiſcopi non obſeruant nuper ęditum in conc. Toleta. decretũ, non poteſt vlla ratione aliud concil. Toleta. ſignificari, quàm tertium: quod eſt habitum paulo ante quàm Hiſpalenſe celebraretur. nam ſecundum multo ante habitum eſt quàm Hiſpalenſe cogeretur. Hiſpalenſę nanque, &. 3, Tolet. ſub Pellagio papa: at ſecundum Toleta. ſub Ioan. 2. quem ante Pellagium ſunt conſecuti Agapetus. Siluerius. Vigilius.

Ex ſuperioribus colligo conc. Hiſpalenſe poſt. 3. Tolet. eſſe collocandum, cum illud citet. contra tamen fit modo. *Locus. 1. conc. Hiſpalenſis.*

Cap.

Caput ſextum,

De tertio concilio.

Tertiū cō ciliū Tol. eſt natio- nale.

TErtium cōcilium Toleta. procul dubio eſt nationale. adſunt enim in eo omnes illę notę nationalis con cil. quas recenſuimus ſuperius. in pri mis in eius præfatione ſic legimus,

Hæc ſancta ſynodus habita eſt in ſancta ciuitate regia Toletana, ab epi ſcopis totius Hiſpaniæ, vel Galliæ. quo loco legēdum puto, & Galliciæ, ex plurimis alijs cōcilijs Tolet. ob- ſeruādum eſt etiā hac parte, iā hoc tē pore appellari Toletum regiā vrbē.

Toletum urbs regia

Deinde in ea ſynodo adfuerunt quatuor Metropolitę, qui hoc ordine ſubſcripſerunt, Emeritenſis, Toleta- nus, Narbonēſis. Bracarēſis, qui vi- cē geſſit Lucēſis, ac ꝓ eo ſubſcripſit.

Quòd ſi huic ſynodo pluces atq; diuerſi Metropolitæ interfuerūt, nō dubium eſt quin etiam adfuerint di-

uerſarum

uersarum prouintiarum episcopi.

Negotia vero de quibus in ea synodo agebatur ad vniuersam Hispaniã pertinere, ex his regis verbis maximè cõstare possit, quæ sunt ad calcem præfationis adiecta.

Pro firmitate catholicę fidei nostra Deo supplex decreuit autoritas, vt propter roborandã gẽtis nostræ nouellã conuersionẽ, omnes Hispaniarum & Galliciæ ecclesiæ hanc regulã seruẽt. &c. Est etiã in hoc concilio causa fidei acta, quę maximè cõmunis est, aduersus Arrianos. nã paulo ante Recaredus rex simul cum nobilibus gẽtis Gothicæ, multisque Sueuis, qui eo tẽpore prouinciã Galliciæ occupabant, ad catholicã ecclesiam redierat. & coactum est hoc concilium ea causa maximè, vt publicè christianã fidẽ Gothi profiterẽtur hæresi abiurata: & gratiæ Deo in cõmuni pro tã insigni beneficio agerentur.

Dubium

Dubium aūt non eſt, quin huic cō cilio rex, ſimul cum illuſtribus Palatinis interfuerit; quod eſt etiam nationalis ſynodi non obſcurum argumentum.

Fidei ſymbolū recitetur ſingulis dñicis diebus

Decretum eſt in hoc con. vt in omnibus Hiſpaniæ, & Galliciæ eccleſijs, die dominica fidei ſymbolum clara voce recitaretur. 2. cap.

Rurſum cap. 10. ſtatutum eſt, ſiquis propoſitum caſtitatis viduæ vel virginis impedierit, à ſancta cōmunione, & à liminibus eccleſiæ habeatur extraneus.

Cap. etiam. 4. datur facultas epiſcopo efficiendi ex parrochia monaſterium: rei enim bonę ſtatuendæ ait conc. dat conſenſum.

Ad mēſam epiſcopi ſcriptura ſacra legatur.

Deinde, vt ad mēſam epiſcopi ſcripturæ diuinæ legerētur: quia per hoc animę ędificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibētur, cap. 7. Item vt iudices locorum aut acto

res

res fiſcalium patrimoniorum ſimul cum concilio ſacerdotum autumnali tempore die calendarum nouemb. in vnum conueniant, vt diſcant quã piè, iuſtè, & humaniter cum populo agere debeant. neq; iniuſtis vectigalibus, & immoderatis exactionibus ipſos præmant. Eſt enim munus epiſcoporum proſpicere qualiter iudices cum populis agant, vt ipſos præmonitos corrigant, aut inſolentiæ eorum principum auribus innoteſcãt. hæc autem lex lata eſt ex regis decreto cap. 18. Luctus etiam in funeribus prohibentur, quos nimios olim ſcimus fuiſſe apud Hiſpanos, conductis etiam mulierculis, que llamauan endechaderas, quæ pectus, & faciem laniarent, multiſque cœlum importunis queſtibus implerent, quarum memoria adhuc apud nos in vetuſtis ſarcophagis aut ſepulchris retinetur. can. 21. poſtremo ſacerdotum, & iudi-

Actores fiſcalium.

Luctus immodici prohibentur.

cum ſęcularium curæ ſynodus cōmittit, vt ab omnibus prouincijs depellant irreligioſam conſuetudinem, quam vulgus agere conſueuit per ſolennitates, fęſtiuitateſque ſanctorum dum turpibus ſaltationibus inuigilant. non ſolum cantantes cātica mala ſed perſtrepentes etiam religioſorum officijs. can. 22. q; ſi eo tempore huiuſmodi choreas, & ſaltationes ꝓhibuit conciliū, nō dubiū eſt, quim etiam taurorum agitationem prohibuiſſet, ſi eſſet in vſu, quam noſtris tēporibus vetuit Pius. V. Pont. Max. æ dita bulla.

Saltationes & chorea prohibentur.

Caput ſeptimum,

De Quarto concilio.

Cōc. 4. eſt nationale.

QVod aſſerui de tertio concilio, cenſeo etiam de quarto. Eſt. n. illud ſine dubio nationale, eiſdē argumentis, atque his longe apertioribus. legi-

legimus in eius præfatione. Quoniã generale conciliũ agimus oportet noſtræ vocis ſermonem de cœlo eſſe.

Quibus verbis nõ generale modo totius Hiſpaniæ cõcilium vocatur, ſed generale ſimpliciter. Accedit ad hoc quod in concilio Tolet. 5. hoc ipſum conc. 4. vniuerſale etiam appellatur cap. 7. cum dicitur,

Statuit hæc ſacratiſsima ſynodus vt in omni concilio epiſcoporũ Hiſpaniæ vniuerſalis concilij decretũ, quod ꝓpter nr̃orum principũ eſt ſalutẽ conſtitutũ peractis omnibus in ſynodo publica voce ꝓnuntietur. fit aũt hoc loco mẽtio eius decreti quod conditũ eſt cap. 74. conc. 4. cuius initium eſt, poſt inſtituta quædã eccleſiaſtici ordinis. &c. addo etiã ꝙ cap. 2. cõc. 5. quartũ cõc. nõ ſolũ vniuerſale, ſed magnũ etiã vocat, in hũc modũ,

Hæc in cõc. cõmuniter cõſiderata deſert ſentẽtia vt ſeruetis quęcũque

in vniuersali,& magna synodo prouissa sunt circa principum vtilitatẽ atque salutem.

Est enim hoc definitum, vt diximus cap. 74. huius quarti concilij. Præterea interfuerunt huic concilio plures Metropolitæ, sex inquam. Hispalensis, Narbonensis, Emeritensis, Toletan⁹, Bracarẽsis, Tarraconẽsis.

Dubium autem nõ est quim ex varijs prouincijs episcopi quoque adfuerint, cum reperiam⁹ eius actis subscripsisse episcopos septuaginta; & absentium multos vicarios. Ipsa quoque negotia in hac synodo definita opinionem nostram plurimum confirmãt. cap. enim. 74. statuitur, vt omnes Hispani regum suorum vtilitatem procurent.

Cap. 5. decernitur, quoties in baptismo puer mergendus sit per totam Hispaniam.

Cap. 4. ne clerici vel laici ꝓlixis comis

comis in Hispania vtantur: quoniã vsque ad illud temp⁹ iste ritus in Hispania hæreticorum fuit. *Ritus hæreticorum*

Cap. 42. vt episcopi clericis extraneas auferant mulieres vendantque, eo modo vt ad clericos redire amplius non possint.

Cap. 31. episcopi populos protegant, ne à potentibus vel iudicibus opprimantur.

Cap. 40. omnes clerici ab omni publica indictione, & labore habeantur immunes. *Immunitas clericorum.*

Cap. 64. ne iudæi aut qui ex iudæis publica officia appetant. Atque vt id quoque obiter admoneã, cap. 33. mentio fit eius collegij, in quo pueri instituerentur, qui sacerdotes futuri erant: seminarium apellat conc. Trident. ne quispiam id existimet nouitium inuentum, sed potius principes atque episcopi dẽt operam sedulo vt in singulis episcopatibus hæc ipsa se- *Seminariũ sacerdotum.*

minaria erigantur: sic enim habet,

Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum: nihil enim incertius quàm vita adolescentum. ob hoc cōstituendum oportuit, vt siqui in clerò puberes aut adolescentes existunt, omnes in vno conclaui atrij cōmorentur, vt lubricæ ætatis annos nō in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputato probatissimo seniore quem magistrum disciplinæ, & testem vitæ habeant.

Caput octauum.

De concilio quinto.

Cōc 5. est nationale. Concilium quintum similiter est nationale. hęc autē sententia non obscuris argumētis conuincitur, sed apertis potius, & maxime planis. in primis quoniam vniuersale vocatur cap. 18. conc. 6. his verbis, Iam quidē in antecedenti vniuersali synodo.

Antecedens vero synodus sextā, quinta est sane. hæc enim anno proxime superiori habita fuerat, & citatur cap. 3. eiusdem synodi.

Deinde quia episcopis hæc synodus efficitur diuersarum prouinciarum. initio. n. eiusdem sic habetur, Apud vrbem Toletanam diuersis ex prouintijs Hispaniæ sacerdotes dñi qui in vno pacis osculo in basilica S. martyris Leocadiæ cōsedimus.

Tantundē nos docēt subcriptiones episcoporū ad calcē adiectæ. huius ꝑterea diffinitiones cōc. ad vniuersam Hispaniā haud dubie ꝑtinent, imo vero ad vniuersum regnū Gothorum. legimus enim ca. 1. in hunc modum; Decreto nr̄o sancimꝰ vt in cuncto regno â Dēo regi concesso specialis & ꝓpria hæc teneat̄ obseruātia, vt iduū Decēb. litania triduo vbique annuā successione peragatur, & indulgētia delictorum lachrimis impetretur. *Litania.*

Decretum etiam. 7. cap. ad vniuersam Hiſpaniã ꝑtinet, quod ſic habet,

Propter malarum mentium facilitatem, & memoriæ obliuionem hæc ſacratiſsima ſtatuit ſynodus, vt in omni cõcilio epiſcoporum Hiſpaniæ vniuerſalis concilij decretum, quod propter Principum noſtrorum ſalutem cõſtitutum eſt peractis omnibus in ſynodo publica voce debeat pronuntiari.

Adfuit præterea in hac ſynodo rex Siſenandus cum optimatibus & ſenioribus palatinis, quod eſt indicium, vt diximus, nationalis ſynodi Toletanę. teſtatur id ſynodus initio, cum ait,

In medio noſtri cætus ingreſſus rex cum optimatibus & ſenioribus palatinis ſupplex ſe omniũ orationibus cõmendauit, ſuoſque fideles ita facere ſancta exhortatione coegit.

1. obiectio Sed fortaſſe videri poſsit alicui

hæc

hæc synodus prouintialis dumtaxat. primum quia in ea tantum adfuit vnus Metropolita, Eugenius inquam Toletanæ ecclesiæ prouintiæ Cartaginensis Metropolitanus episcopus.

Deinde quia si hæc synodus est vniuersalis cur de quarta in hunc modum loquitur cap. 2. Seruate quęcunque in vniuersali, & magna synodo prouissa sunt. & cap. 7. in omni conc. episcoporum Hispaniæ vniuersalis concilij decretum, reciterur cum. n. alia cōcilia Toletana vniuersalia vocet, ipsum sane non videtur esse vniuersale. *Secunda.*

Soluitur vtraque dubitatio nullo negotio. fateor in primis vnum tantum præsentem huic concilio Metropolitam fuisse, at non recte inde quis colligat, non esse nationale: cum suppetant multa alia nationalis synodi argumenta atque indicia, quæ sunt à me explanata superius. *Soluitur.*

Ad secundã dubitationẽ dicendum quòd licet cõc. 5. apellet. 4. vniuersale, nihil vetat ipsum quoq; esse vniuersale. q d. n. mirum est vocari vniuersalẽ synodũ, quæ vniuersalis sit.

Hoc tamẽ loco obiter admonere lubet, ꝙ vbicunq; conc. aliquod Toletanum post quartum, aliud Toletanum vniuersale vocat, neq; illud nominatim exprimit, quartum ꝓculdubio significati. rationibus superius expositis, cap. 6. conc. 6. cum dicitur, sicut vniuersalis synodus statuit, & cap. 3. eiusdem, quæ in vniuersali synodo de iudæis scripta sunt. 4. significatur concilium Toletanum.

Caput nonum.

De sexto concilio:

Cõc. 6. est nationale. SExtum concilium est etiã nationale. quod eisdẽ prorsus argumentis persuadetur. Ipsum etenim cõcilium

ſe vocat vniuerſale cap. 2. cum inquit,

Proinde vniuerſalis autoritate cōcilij cenſemus. diuerſarum præterea prouinciarum epiſcopis conſtat: ſic enim legimus initio,

Conuenientibus nobis Hiſpaniarum & Gallicię pōtificibus ſummis.

Accedit ad hoc, quòd conc. 4. Tolet. vt mōſtratum eſt, eſt vniuerſale, ſeu nationale; at eius acta confirmat hæc ſexta ſynodus ergo eſt etiā vniuerſalis. etenim ſi eſſet prouincialis minime poſſet vniuerſalis ſynodi acta confirmare: ſed quod ea confirmet cap. 3. conſtat his verbis,

Nos etenim ita præſentia decernimus, vt præterita quæ in vniuerſali ſynodo de iudæis conſcripta ſunt, confirmemus.

Idē aſſerit ſancta hęc ſynodus, c. 16, agens de quinta ſynodo cum ait,

De præſentis excellētiſsimi Chin

tilla

tillani regis posteritate dētur aperta decreta, vt ea quæ synodus præterito anno in hac ecclesia habita constituit circa omnem posteritatem eius vniuersitas regni sui conseruet. cap. etiam. 18.

Iam quidem in antecedēti vniuersali synodo, saluti nostrorum principum constat esse consultum, sed libet iterare bene sancita, & digna autoritate munire salubriter ordinata.

Interfuerunt etiam huic synodo quatuor Metropolitæ. Sylua Narbonēsis, Iulianus Bracarēsis, Eugenius, Toletanus, Honoratus, Hispalensis.

Episcopi adfuerunt numero quinquaginta duo ex diuersis, vt cōstat, prouincijs.

Negotia quoque tractat hęc synodus generalia: quod quiuis posit intelligere minimo negotio: primum de desertoribus religionis reducēdis ad monasterium, cuiusmodi decretū exe-

Desertores religionis reuocentur.

executioni mãdari iuſsit ętate noſtra Paulus. IIII. Pontifex max. ac poſt illum Pius. V. proprio motu. his autem verbis continetur. Quiſquis ſemel habitum induerit ſpontaneæ religionis ſiue is vir ſit, ſiue femina, in vtroque ſexu pręuaricator ad propoſitum inuitus reuerti cogatur, vt vir detondeatur, & puella ad monaſterium reuertatur. cap. 6.

Vt iudæi catholicè viuant vel regno excedãt; quoniam rex pati non vult in ſuo regno quempiam viuere infidelem. cap. 3.

Siquis ad eccleſiam fecerit confugium interceſſu ſacerdotum, & reuerentia loci, regia in eos poteſtas referuetur, cõmitante iuſtitia. cap. 12. *Immunitas eorum qui ad eccleſiã confugiunt.*

Interfuit poſtremò rex huic ſinodo cum proceribus regni, quod eſt magnum argumentum ſynodi nationalis.

Obijciet aliquis non videri hanc *Obiectio*

ſynodum

synodum vniuersalem, ꝙ eius initio scriptũ sit, more synodi vniuersalis. Solnitnr. quasi re vera hæc non sit vniuersalis. Adimitur scrupulus, si superiorũ verborum sensum consideremus: is est, quoniam hæc synodus est vniuersalis, perinde in ea faciendum est, atq; in alijs vniuersalibus synodis fieri consueuit.

Caput decimum.

De concilio septimo.

Cõc.7.est nationale. EST hoc etiã nationale: nã tametsi inscriptio vniuersalis nõ sit, neque citetur, quod sciã, ea ratione ab alijs, adsunt in eo nõnulla, quæ nationale cõcilium esse testãtur. plures. n. Metropolitæ interfuisse vidẽtur. qa licet solus Emeritensis subscribat, cũ sit concilium habitum Toleti, dubitari nõ põtest, quim adfuerit etiã Toletanus. Episcoporum præterea numerus

rus prouinciale esse non patitur. quoniam nulla Hispaniæ prouincia fuit quæ.38.episcopos haberet, quot scimus adfuisse in hac synodo. Ex rebus etiã decretis argumẽtũ accipi potest nõ infirmũ.cap.n.4.decernit synod⁹ aduersus episcopos Galliciæ qui rapaces, & ecclesiarũ spoliatores erãt. quare cũ episcopi Galliciæ neq; sub Toletano existerẽt Metropolita, neque sub Emeritẽsi, sed sub Bracarẽsi, vel Lucẽ. vt attigimus superius, istud cõcilium haud dubiè cẽseri debet vniuersale. alioqui eius decreta ligare Galliciȩ episcopos minime potuissent, quod faciũt, vt apparet. c. etiã, 5. monachi vagi atq; in celullis degẽtes como agora algunos hermitaños, qui olim circumcelliones vocabãtur, & vt liberius agarent celullas petebãt, ex monasterio, perinde ac si perfecti essent virtute, si indocti sint, iubentur ad monasterium redire, vt ibi erudiantur

Monachi vagi.

diantur sancti ordinis doctrinam, quam alios postea doceant. Hos etiā monachos vagos grauiter increpat Isidorus de officijs ecclesiasticis disserens. vt non male, meo iuditio facerent episcopi, qui in eorum vitam inquirerent.

Caput vndecimum.

De concilio octauo.

Conc. 8. est nationale.

OCtauum concilium similiter est nationale: tū quia in eo quatuor Metropolitę adfuerunt: Emeritensis, Hispalensis, Toletanus, Bracarensis. tum etiam quia cōplexum est episcopos quinquaginta quinque diuersarum prouinciarum. Tertio quia adfuit in eo flauius Reccesiunthus rex simul cum illustribus viris officij palatini, qui & subscripserunt, post abbates, & vicarios episcoporum. postremo quæ sunt in eo latæ leges ad

vniuersam Hispaniam spectãt. Statu tum enim est in hac synodo vt omnes à carnibus abstineãt tota quadragesima, illi vero quos aut ętas incuruat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat nõ ante prohibita violare præsumant, quàm à sacerdote permissum recipiant, inquit synodus cap. 9. *Abstinere à carnibus in quadragesima.*

Cap. 8. nullus cuiusque dignitatis ecclesiasticæ deinceps gradum perciat qui non totum psalterium vel cãticorum vsualium & hymnorum, siue baptizandi perfecte nouerit supplementum.

Caput duodecimum.

De concilio nono.

Concilium nonum prouinciale esse puto. nulla siquidẽ indicia mihi suppetunt ex eo, vnde nationale esse existimem. nam neque pluribus Metropolitis constat. neque episco- *Cõc. 9. est prouinciale.*

pis diuersarum prouinciarum. Imo vero neque extat vllius episcopi subscriptio, vnde coniecturam facere possimus, quinam episcopi in eo adfuerint, & quorum Metropolitarum fuerint suffraganei. imo vero cum eius initio legamus, interfuisse huic synodo decem & sex episcopos, verisimile mihi fit, vel hanc vnam rationem sequuto, illud fuisse prouinciale. quam sententiam, illa ratio nō leuiter confirmat, ꝙ octo diebus peractum sit. cum n. cæpisset teneri cal. Nouēb. anno. 7. Reccesiũthi, absolutum est. 8. cal. mēsis eiusdē. Accedit ad hoc, ꝙ neq; rex, neque vlli de palatinis cōcilio interfuerunt, quod ipsa concilij series demonstrat. & cum concilia nationalia, quæ Toleti habita sunt, statim initio dicant, imperio regis coiuisse, nihil simile in hoc cōcil scriptũ reperimus: sed potius coactos esse patres ædicto canonicæ definitionis

finitionis, hoc est iuxta id, quod est definitum in cōcilijs generalibus œcumenicisque, in quibus nationaliũ synodorum nulla fit mentio; prouincialium vero frequentissima. quæ autem in hac synodo causæ tractantur non possit quispiam euidenter colligere ad vniuersam Hispaniam pertinere. possunt enim aptissimè accomodari illi prouinciæ in qua synodus habita est. in ea tamen statutum reperio,

Vt Iudæi baptizati, sic loquitur concilium, festis præcipuis noui testamenti feriis consecratis, & diebus, quos olim sanctione veteris legis, sibimet censebāt esse solénes, in ciuitatibus publicisque conuentibus cum summis Dei sacerdotibus celebrent cap. 17. vt, eorũ cōuersationẽ. & fidẽ pōtifex approbet, & veritas seruet: c. etiã. 2. decernitur, vt fundatores ecclesiarũ quandiu vixerint permittan- *De iudæis baptizatis decretum.*

tur habere curam earum & rectores idoneos offerat episcopo ordinādos. & habetur.16.q.7.decernimus,quā diu.tandem cap.13.decernitur, ne liberti causa connubij copulentur Romanis ingenuis,aut Gothis, quia ita seruari generis nobilitas debet, vt in nullo commixtio maculet aliena,q̄d generositas propria decorauit.

Item vt cum mori contigerit episcopum, episcopus qui ad humandū eius corpus aduenerit,describat thesauros & ornamēta omnia decedentis,& succepti causa laboris præcium ferat.ca.9. hinc constat eo tempore ab episcopo vicino humari episcopum consueuisse.

Si episcopus vel sacerdos,vel minister illicitè alienauit res ecclesiæ ipso viuente nulla perscriptio currit cōtra ecclesiam in rebus illis, sed eo mortuo incipiat currere. cap. 8. habetur.16.q.3.Si sacerdos.

Cap.

Caput. XIII.

De concilio decimo.

TAntundem existimo de concilio decimo,& ob easdẽ causas, in eo enim solum legimus adfuisse Eugenium Toletanum, & episcopos. 21. quorũ nomina cum minime extent in actis huius concilij, nemo possit cum ratione putare, potius ad plures, quàm ad vnam prouinciã pertinere. *Conc. 10. est prouinciale.*

Confirmat nostram sentẽtiam, id, quod ad calcem cõc. 9. definitum est, vt antiquitatis ordinem retinentes, nouerint se anno venturo calẽd. Nouemb. causa peragendi concilij Toleti cõgregari debere. statutũ enim erat vt singulis annis conc. prouinc. celebraretur, quod constat cap. 1. conc. Cabilonẽsis. nã conc. 9. celebratũ est die. 8. calend. Nouẽb. anno. 7. regni Recesiunthi. decimum vero die cal. Decemb. absolutum est, anno. 8. eius-

dem regis, vt ad calcem eius conc. reperitur. decretum vero de tenendo singulis annis conc. prouinc. renouatur cap. Postremo conc. 11. Tolet. illis verbis, placuit definire vt paternis institutionibus obsequētes omni anno ad peragēdum celebritatē cōc. in Metropolitana sede confluamus.

* Confirmat hanc sententiam nostram ea formula quā in subscribendo tenuit Egenius, sic enim habet; Eugenius indignus Toletanæ sedis Metropolitanus episcopus hæc nostrarum diffinitionū statuta subscripsi. quibus verbis significare videtur cōcilium esse solum episcoporum qui Tolet. parerēt, cum dicat nostrarum definitionū statuta. Accędit ad hoc, ꝙ neq; rex in eo adfuit, neq; vlli ex illustribus palatinis, sed illi tantum episcopi cōuenerunt, qui interfuerāt proximæ synodo, paucis modo adiectis, iuxta id quod ad calcē conc. 9.

fue-

fuerat definitum de hac ipſa ſynodo tenenda.

Confirmat etiam opinionem noſtrã de hac re, nihil eſſe in hac. 10. ſynodo ſtabilitum, quod neceſſario ad totam nationem debeat aut poſsit pertinere, vt etiam ex rebus geſtis argumentum ſumamus.

Inſtabit aliquis nobis. hoc conc. prouinciale eſſe non poſſe, quoniam quædam in eo definiuntur omnibus Hiſpaniæ eccleſijs obſeruanda. ſiquidem primo ſtatuitur, 1. obiectio

Vt ſingulis annis per vniuerſam Hiſpaniam ante octauum diem quo natus eſt Chriſtus fæſtum dominicæ Annuntiationis agatur, quem conc. vocat diem genitricis Dei interdum. interdum vero feſtiuitatem glorioſæ virginis. que llamamos en Eſpañol, nueſtra ſeñora de la O. atqui niſi cõcilium eſſet generale, non haberent eius decreta vim obligandi vniuerſam Feſtũ Annuntiationis.

 Hiſpa-

Hiſpaniam. quòd autem ita caueatur illis accipi verbis videtur,

Si natiuitatis, & mortis huius incarnati verbi dies abſque immutatione ita certus habetur, vt abſque diuerſitate, in toto orbe terrarum ab omni eccleſia celebretur, cur non feſtiuitas glorioſæ matris eius eadem obſeruantia vno ſimul vbique die ſimilique habeatur honore? Inuenitur enim in multis Hiſpaniæ partibus huius ſanctæ virginis feſtum non in vno die per omnes annorum circulos agi.

Soluitur. Ego vero non tanti facio hanc obiectionem vt ea ipſa perſuaderi poſſe putem hoc concilium nō eſſe prouinciale: quoniam ex concilij verbis nequaquam colligi poſsit hac lege vniuerſam Hiſpaniam obligari, ſed eam tantum prouinciam cui lex lata eſt, Cartaginēſem intelligo. ratio eſt, quia vt in eodem cap. ſcriptum eſt, in

multis

multis ecclesijs à nobis, id est à Tolet tana remotis prouincia, hic mos, celebrandi inquam hoc fęstum agnoscitur retineri: quare ad eas terras non pertinet lex, quia lege nō eget. quinimo prouincia Cartaginensis, facere debuit more aliarum prouinciarum.

Confirmatur, quia, si quòd ait concilium, in multis Hispaniæ partibus nō celebrari eodem die hoc fęstum, colligat quispiam hāc legem ad vniuersam Hispaniam pertinere, pari quoque ratione conuincemus eadem lege totum christianum orbem teneri, cum dicat concilium,

Si ergo natiuitatis & mortis hui9 incarnati verbi dies absque immutatione ita certus habetur, vt absque diuersitate toto orbe terrarū ab omni ecclesia concorditer celebretur, cur non fęstiuitas gloriosę matris eius eadem obseruantia vno simul vbique die similique habeatur honore?

Eſt alia ratio contra nos, ſumpta ſi militer ex rebus in hoc conc. geſtis, ea inq̃, ꝙ hæc ſynodus Potamiũ Bracarenſem Metropolitã propter vitã incontinenter actã, atq;, vt conciliũ ait, ꝙ tactu fœmineo ſorduiſſet, honore ac dignitate deiecerit. conſtat id ex decreto pro Potamio ad finem huius concil. non eſt autem veriſimile, neq; cõiunctum aliquo modo cũ ratione, vt prouintiale concil. aduerſus epiſcopum alterius prouinciæ, ſed maxime Metropõlitam, ſententiam tulerit. ergo exiſtimare oportet

Soluitur. hoc conc. eſſe nationale. vt verum fatear, hæc me ratio bifariam mirabiliter exercet, meumque animum non leuiter torquet. primum dum conſidero qua ſæueritate olim in epiſcopos, etiam Metropolitanos animaduerteretur. deinde quia ad rẽ, hæc obiectio maximi videtur eſſe mométi. conabor tamẽ pro viribus ab eadẽ expedire

pedire me, quod si scopũ nõ attigero, dabit veniã lector homini istarũ rerum parum perito. céseo ergo, vt dixi, hoc concilium esse prouinciale, & potuisse nihilominus deijci ab eo dignitate Metropolitanũ Bracarẽsem; quia huic conc. Tolet. præsidebat nõ Metropolita modo, sed etiã primas Hispaniarũ, ad quẽ primo spectabat inspicere, vtrũ canones in conc. cõditi asseruarẽtur, & trãsgressores punire, iuxta supplicia in illis decreta. deinde queadmodum iuxta leges in cõc. Toletanis editas poterant sacerdotes à proprio episcopo appellare proprium Metropolitã, & à Metropolita suo, aliũ, ita quoq; qui crimen admisit Metropolita, poterat sane aliũ adire Metropolitã, præsertim primatẽ & conciliũ; & ab eo accipere pęnitentiam pro crimine cómisso. quamobrem cum Potamius culpam suam agnosceret, & confiteri vellet, vt salu

Cur conc. prouinc. deiecerit se de sua archiepiscopum Bracarensem.

tare

tare remedium acciperet, cõcilium adijt Toletanum, aut Primatem potius, crimenque eidem patefecit, & accepit medicinam à iure probatam atque decretam. nihil ergo mirari debemus, si concilium prouinciale hu-
3. obiectio iusmodi sententiam tuler t. Perturbari etiã minime debemus tametsi Rodericus Toletan⁹ dicat cap. 22. lib. 3.
Soluitur. suæ histo. subscripsisse huic synodo Fugitiuum Hispalensem, & Fructuosum Bracarensem. Primum quia ex actis conc. nihil firmum de hac re accipi potest. nullius siquidẽ extat subscriptio nisi Eugenij. Deinde licet Fructuosus fuerit subrogatus in locum Potamij, minime constat quod pręsens cõcilio adfuerit. Potuit enim absens eligi à Metropolita, & Primate Hispaniarum Eugenio. quare cum dubia res sit, ego quidem potiorẽ puto priorem sententiam; quæ est à me explanata superius. atq; , vt id obiter
dicam

dicam, quo ſententiam meam corroborari non leuiter videtur, profectò cauſam Potamij non in concilio; ſed, eo peracto, ab Eugenio Hiſpaniarum primate actã eſſe exiſtimo, ſimul cum aliquot epiſcopis huius rei illud eſt argumentum, quòd cum cõcilio ſub ſcripſerint. 21. epiſcopi, eius dãnationi ſolum ſubſcripſerint decem, & ſeptem. vt intelligamus tanquam Primatem Hiſpaniarum Eugenium cauſam Potamij iudicaſſe. qui ſibi ad eã rem aliquot epiſcopos adiungit, quo melius ſentẽtiam ferre poſſet. Et hęc ſane videtur probabilis maximè ſententia.

Caput. XIIII.

De concilio undecimo.

Concilium vndecimum eſt etiã prouinciale, iuditio meo. in quã ſententiam eiſdem fere argumentis *Conc. 11. eſt prouinciale.*

addu

adducor, quibus proximo cap. vſus ſum. nulla etenim in eo concilij nationalis nota ſuppetit. nam neque vniuerſalis ſynodus inſcribitur, aut appellatur ab aliquo. neque eidem plures vno Toletano, Metropolitæ interfuerunt. neque epiſcopis diuerſarum prouinciarum effecta eſt. neque res tractat totius Hiſpaniæ, aut generales leges facit. neq; in ea adfuit rex, aut vllus ex illuſtribus palatinis. & qua̅q̃ horu̅ aliquid adeſſet, facile nos hac ſolicitudine ipſa ſynodus libera re poſſet, quæ ſe ꝓuinciale̅ agnoſcit, vocatque. ſic. n. legimus eius initio,

In nomine ſanctæ Trinitatis collectis in vnum Cartaginenſis prouinciæ ſacerdotibus in vrbe Toletana.

Quam ſententiam apperte confirmant illa verba cap. 15. huius concilij, quæ ſic habent,

Quod ſi deinceps abſque celebratione concilij anni vnius epiſcopus

Metas

Metas transierit, omnium in cõmune pontificum Cartaginis prouintiæ superioris censuræ sententiam obnoxius retinebit.

Sed licet hæc synodus prouincialis fuerit multa sunt in ea dfinita quę ecclesiasticam disciplinã plurimum promouent. vt, quòd ordines succeptur' fidei professioné faciat cap. 10. quod est in concilio Tridentino nuper renouatum. q sacerdotes iudiciũ sanguinis non exerceant. hoc est neque per se de morte sententiã ferant, aut mutilatione membrorum neque præcipiant in ferendã. cap. 6. vt singulis annis ad peragendam concilij celebritatem in Metropolitana sede confluant episcopi tépore quo princeps vel Metropolitanus definierit. cap. 15. quisquis autem episcoporum se absentauerit, id est, non adfuerit tẽpore definito sine ineuitabili causa, sed solius proprię voluntatis libitu omnium

Succepturus ordines profiteat fidẽ.

omnium pontificum prouinciæ Cartaginis censuræ sententiam obnixi⁹ retinebit. Postremo, quòd concilium nullis tumultibus perstrepat. cap. 1. & cap. 12. his qui tempore necessitatis præsidium pęnitentię implorant non est neganda reconciliatio. quia in misericordia Dei, neque mensurã possumus ponere, neque tempora definire inquit conc. illud vero optime sancitum est cap. 9 nequis Pontifex prius accendat altare q̃ iuret, se nihil pro honore dedisse, neq; daturũ impofterum. postremo illud obseruare licet ex cap. 11. huius conc. ea ætate etiam infantib⁹ dari eucharistiam consueuisse. cum dicat, conc. neque illos cuiusq̃ punitionis censura redarguet qui perceptam eucharistiam reiecerint tẽpore infantię aut in qualibet mentis alienatione positi.

Cap.

Caput. XV.

De concilio duodecimo.

COncilium duodecimum eſt vniuerſale ſeu nationale. huius ſententiæ illa ſunt argumenta, quòd in eo quatuor adfuerint Metropolitæ, Hiſpalenſis, Toletanus, Bracarenſis, Emeritenſis. ꝙ diuerſarum prouinciarum epiſcopis conſt terit; Hiſpaniæ inquã & Galliciæ omnibus pontificibus. quod docemur cap. 6. quòd rex vna cum illuſtribus palatinis cõcilium decorarit. Poſtremo quòd negotia in eo acta ſint totius Hiſpanię. vt quod eſt definitum cap. 12. vt annis ſingulis in vnaquaque prouincia calend. Nouemb. concilium epiſcopi celebrent. & quod cap. 6. in hunc modum eſt definitum. Cõc 12. eſt nationale.

Placuit omnibus pontificibus Hiſpaniæ, atque Galliciæ, ſaluo priuilegio vniuſcuiuſque prouinciæ, vt li

F citum

citum maneat deinceps Toletano Pontifici quoſcunque regalis poteſtas elegerit, & dicti Toletani Pontificis iudicium probauerit in quibuſlibet prouincijs præficere præſules. Vnde accipi poteſt ea ætate non ſolere aſſumi quempiam ad epiſcopatum, niſi prius conſtitiſſet de eius vita, & literis per inquiſitionem Archiepiſcopi Toletani. quod reuocat in vſum concilium Tridentinum, & quod cap. 10. ſtatutum eſt de immunitate eccleſiarum, in hanc formam.

Inquirebatur de uita & literis futuri epiſcopi.

Nullus audeat confugientes ad eccleſiam vel reſidētes, inde vi abſtrahere: aut quodcunque nocibilitatis, vel dāni, aut ſpolij reſidentibus in loco ſancto inferre. ſed ſit hijs qui eccleſiam petunt, per omnia licitum in triginta paſſus ab eccleſiæ ianuis progredi in quibus in toto circuitu eccleſia defendatur.

Immunitas eccleſiæ.

Defendebat ſe olī eccleſia.

Cap.

Caput. XVI.

De concilio decimotertio.

Concilium decimum tertium pro culdubio eſt vniuerſale. nam epiſcopis totius Hiſpaniæ effectum eſt cap. 1. his verbis, Cor glorioſiſsimi principis noſtri diuino igni ſuccenſum decreuit pariter, & elegit, vt in vnum cętum omnes Hiſpanię aggregati pontifices. &c. *Conc. 13. eſt nationale.*

Pręterea quadraginta octo epiſcopos habuit, qui non poſſunt omnes vnius eſſe prouinciæ: aut ad vnum Metropolitam pertinere.

In eo rex adfuit ſimul cum illuſtribus officij palatini. in hac etiã ſynodo duodecimum concilium Toletanum, quod monſtrauimus eſſe nationale, confirmatur. cap. inquam. 9.

Denique negotia quæ in eo tractãtur ad vniuerſam Hiſpaniam ſpectãt. illud maximè, quod cap. 12. ſta-

tutum est de forma quā in appellando tenere debent sacerdotes. Ad calcem verò concilij huius remittit populis rex vectigalia quædam, imposita in conuentu sacerdotum totius Hispaniæ, quo exemplo, vtinam cæteri reges prouocarentur, fęliciora haberemus tempora, & cum res posceret longe meli⁹ subditi possent sumptus regios adiuuare. Recte enim quidam dixit, perinde se habere subditum in regno atque splenem in corpore.

Caput. XVII.

De concilio decimo quarto.

VT exactius explanare posśimus, quid de concilio decimoquarto sentiamus, meminisse oportet, atque id ex huius conc monumentis aperte colligitur, præsertim cap. 2. misisse pontificem max in Hispaniam cõcilij Constantinopolitani decreta adversus

uersus Apolinarem, simulque per epistolam suam inuitasse omnes episcopos Hispaniæ, vt prædicta synodalia instituta, vtor. conc.ilij verbis, ipsorum episcoporum autoritate vigoris suffulta manerent; & per eosdé omnibus sub regno Hispaniæ consistentibus patescerent diuulgāda. hæ literæ ad regem Eruigium sunt perlatæ, qui pollicitus pótifici est, vt apparet, se operam daturum, vt omnes episcopi Hispaniæ in vnum congregati pæstiferum Apolinaris dogma confutarent. Rex igitur cupiebat maximè vt omnes Hispaniæ episcopi simul cogerentur, & de ea re tractarēt: sed quoniam cogi nón poterat generale concilium, quod tantum negotium postulare videbatur, propter itineris difficultaté atque etiam importunitatem temporis. nam paulo antę episcopi in suas sedes fatigati ex itinere, redierāt ex cócilio; quod cap. 3.

Qua causa coacta sit hæc synodus.

docemur & tempus erat admodum importunum atque molestum, propter variam incursioné tempestatum vt dicitur, 1. cap. sed latius cap. 3. ea ratio inita est, vt in singulis prouincijs synodus haberetur, sed imprimis Toleti, ex episcopis prouinciæ Cartaginensis. quo, vt synodus testatur cap. 2. quicquid hic actum per Toletanam synodum, reliqui primarum sedium præsules, suorũ vicariorum relatibus comperissent, id etiam post modum ipsi per discreta prouinciarum suarum concilia diuulgassent; sicque hæc nostri cócilij gesta essent illis omnibus in toto communia, vtpote ab ipsis ædita, atque ipsis coram positis roborata: quæ vtique per legatos suos cõfirmanda decreuerant; vt sic vnum fieret, cũctorum Hispanorum prȩsulum synodale ȩdictum; ex quo omnium Metropolitanorum fuisset assensionibus promulgatum.
Hæc

Hęc quę expressis concilij verbis re
tulimus, in hac synodo tractata sunt,
atque hæc, cur cogeretur causa fuit.
Respondeamus iā ad quæstionem.

Quæstioni propositæ sit satis.

Si episcopos qui huic synodo in
terfuerunt, consideremus prouincia
lis sane videri posit. solum enim cō
stat episcopis Cartaginensis prouin-
ciæ. docemur id cap. 5. his verbis,

Partim est prouincialis synodus hæc

Quia generaliter in vnum omnes
Hispaniæ præsules aggregari nequi-
uim', specialiter discretis prouincijs
concilium celebretur.

Præterea cap. 1.

Nos Cartaginis prouinciæ præsu
les anno quo supra, sub die. 18. caléd.
Decemb. in præmemorata ecclesia de
bitis ordinibus consedentes &c. Sic
patula, & cōmuni voce sumus exorsi.

Partim nationalis

Idem omnino constat cap. 3. & 4.
huius synodi. Si vero Metropolitas
consideremus, qui concilio interfue
runt, est proculdubio generale toti
Hispa-

Hiſpaniæ nam omnium metropolitarum Hiſpaniæ. vicarij, in hac ſynodo præſentes fuerunt, quemadmodū docemur cap. 5. his verbis, Adeo nos primum omnes cartaginis prouinciæ pontifices pari animorū iuditio prædicta geſta probauimus, aſsiſtentibus nobis vicarijs reuerendiſsimarū, ſublimiumque primarum ſedium epiſcoporum, ideſt Tarraconenſis prouinciæ Cypriani, Narbonenſis, Sinefredi: Emeritēſis, Stephani. Bracarenſis, Limbani. Hiſpalenſis Floreſindi: quamobrē hoc nomine ſynodus eſt nationalis.

Partim œcumenica. Eſt etiam œcumenica virtute ac facultate; quatenus à pontifice probata eſt quoniam ob eam ipſam rē vim habet obligandi totum orbem chriſtianum; quod cap. 11. eiuſdē inſinuatur, cum dicitur, ad vicem decretaliū epiſtolarum hæc permanere debere. Illud autem concilium nobis ſequendum

dum est maximè, hac præsertim ætate, quod cap. 10. datur, vt caueamus cum hæreticis conuersari, & sermones conferre: ac disputare.

Caput. XVIII.

De concilio decimoquinto.

Istud concilium haud dubiè est nationale, constat enim totius Hispaniæ, & Galliciæ episcopis. eius enim initio legimus in hunc modum, *Cōc. 15. est nationale.*

Apud vrbem Toletanam in ecclesia prætoriensi sanctorum apostolorũ Petri, & Pauli, oẽs Hispaniç Galliæq; pontifices aggregati &c. Quo loco pro Galliciæ Galliæ, positũ esse puto. & cum episcopi adfuerint sexaginta vnus certum est ex diuersis prouincijs ad synodum venisse: in ea adfuit rex Egica, vna cum illustribus palatinis. publica etiam totius nationis negocia acta sunt: & causa

fidei, sed quia episcoporum non extant nomina, quot interfuerint Metropolitæ constare non satis potest. huc accedit, quòd in hoc conc. qui decimo quarto interfuerant, & pontifici responderant, satisfaciunt pontificis obiectioni, suamque sententiā defendunt.

Caput XIX.

De concilio decimo sexto.

Conc. 15. est nationale.

QVod de superiori diximus concilio, censemus etiam de hoc esse dicendum; est.n. nationale. indicāt hoc sexaginta qui pręsentes fuerunt episcopi, indicat rex cum.16. comitibus, & proceribus regni: indicant ipsa negotia quæ procuidubio ad totā nationem spectant. vt quod cap. 8. definitur, per totam Hispaniā, tàm pro rege q̄ pro eius filijs quotidie missas

esse celebrandas, indicant tandē plures Metropolitæ. licet autem eorum nomina in hac synodo minime habeamꝰ, scimus proculdubio adfuisse in ea Sisbertũ Toletanũ, qui honore, & dignitate priuatus est: & Felicem Hispalensem qui in eius locum est subrogatus.

In hoc concil. illud considerandum est, maximè regem & synodum immunitatem fisci concessisse hijs, qui ex animo ad christianismum ex iudaismo conuerterentur, cap. 1. quo loco illa sentẽtia grauissimè scripta est, æquitatis ordo deposcit, vt qui fide Christi decorantur, coram hominibus nobiles atque honorabiles habeantur,

Illud pręterea ex hoc conc. accipi potest, eo tempore vitium Sodomiæ in Hispania frequẽs fuisse; cum admoneat rex concilium vt conetur euellere obscenum crimen

in

de

de cōcubitoribus masculorum canonicè, legaliter & sui iudicij examinatione, vt rex loquitur. id fit cap. 3.

Caput vigesimum.

De concilio decimoseptimo.

Cōc. 17. est nationale. EST hoc etiam concilium nationale perinde atque duo superiora. nam fit ex omnibus Hispaniæ & Galliciæ episcopis, vt initio scriptū est. adfuit rex cum proceribus. res etiam in hoc concilio gestę, id apertè declarant. præcipitur enim cap. 6. vt per vniuersas Hispaniæ Galliæque prouincias singulis mēsib⁹ litaniæ cātentur, pro ecclesia sancta Dei, pro incolumitate principis, & salute populi, & indulgētia peccati & expulsione diaboli à cordibus fideliū. Cap. quoque. 8. de iudęorū dānatione in hunc modum statutum est. Quoniā iudęorum perfidia non solum tunicam sa-

Cōuersorum ex iudaismo castigatio.

eri baptiſmatis chriſtiani quam ſuc-
ceperat maculauit, ſed etiam contra
regem, regnumque conſpirare auſi
ſunt, ſuis omnibus rebus nudati tam
eorum perſonę perfidorum, q̃ vxo-
res eorum, ac filiorum & reliquę po
ſteritatis per cunctas Hiſpaniarum
prouincias ſeruituti ſubiaceant per-
petuæ maneantque vſquequaque di-
ſperſę.

Cap. 4. pręcipitur epiſcopis, & ſa-
cerdotibus, vt in die cenę domini la
uent pedes ſuorum ſubditorum exem
plo Christi.

Caput XXI.

De concilio decimo octauo.

Extat prętereà in exēplaribus ve-
tuſtis manu ſcriptis compendium
quoddā conciliorum Toletanorum,
quod nobis Toleti ſuppeditauit D.
Garſias Manricus ędituus prima-

rius sanctæ ecclesiæ Toletanæ: quod ab homine vt historiæ studioso, ita latini sermonis imperito atque rudi confectum esse arbitror. Initio præterea eorum quæ passim circumferuntur est quoddā. 18. cōc. quod vniuersum occupatum est in deliberationibus de regno, & canones nullos fecit. sed quantum coniicio, est perinde atque superiora tria concilia, nationale. Factum est autem Vitisa rege. æra. 740.

Conc. 18. est nationale.

Caput. XXI.

Quot concilia Toletana Pontificis autoritate firmata sint.

HActenus à nobis, quāta maxima potuimus diligentia, explicatum est, quæ concilia Toletana, prouincialia sint, & quæ nationis totius: qđ non parum adiumenti possit adferre, vt

vt intelligamus, qui nam modo his, & qui olim illis adstringerentur. iuuat iam constituere quæ concilia Toletana Pontificis maximi autoritate firmata sint: quoniam hinc noscitur vis obligandi in commune. id vero quò facilius, atque commodius expediamus, oportet meminisse, quòd licet concilia sint prouincialia, & ob eam rem solum homines eius prouinciæ constringant, accidere potest vt obligent in commune. hanc autem vim obligandi omnes christianos interdum accipit prouinciale concilium vel nationale, ab œcumenico, quoniam ab illo probatur eius actis insertum. interdum vero hanc firmitatem accipit atque robur à pontifice. id autem bifariam accidit: nam aliquando gesta concilij quod œcumenicum non sit, firma sunt sanè quia per se probantur à Pontifice. aliquando vero quia in eo concilio Ponti-

Vis obligandi oēs vnde oriat.

Pōtificius legatus interfuit, id genus sunt nonnulla concilia Carthaginē-sia,& Mileuitanum .quorũ hoc,prouinciale est:illa nationalia.

Nõ oĩa cõcil. Tolet. sunt munita Põt autoritate. Hac igitur adhibita distinctione sic statuo. non omnia concilia Toletana pontificis autoritate roborata munitaque sunt, quocunque modo authoritatem,& robur cõsideremus. neque enim in vllo œcumenico concilio vsquã probata sunt,neque legimus in vllo eorum pontificis legatũ præsentem adfuisse, quę vero firma sunt,ideo firma esse censeo,quia sunt Pontificis autoritate probata cũ sint autem in his synodis quædam quæ fidem attingunt.alia,quæ mores,quanquam certo credo esse nonnulla concilia Toletana pontificis autoritate firmata,non omnino ea ipsa concilia integra firmata esse existimo,sed solum ea parte qua res tractant đ fide. cum enim Pontifices maximi res de

Quænã cõcil. Tolet. probētur a pont.

fide

fide à se vel generalibus concilijs definitas ad synodum Toletanam destinarint; vt aut illis subscriberent, patres, aut in capita redactæ in Hispania ab episcopis publicarentur. ne quispiam earum rerum ignoratione teneri posset. vbi in synodo Toletana tractatæ sunt, & per titulos, & capita digestæ, sine dubio ab eisdē pontificibus confirmabantur, aut erant illa ab eodem probata prius. Cætera vero de moribus statuta non perinde probabāt, nisi id speciali quadam ratione fieret. quod accidisse dixim⁹ in cōc. 1. Tol. probata est etiā à Leone. 1. quod attigi superius, appendix concilij primi, in qua traduntur regulæ fidei contra omnes hæreses, maximè vero contra Priscillianum. *1. cōc. Tolet. Appendix.*

Tertium quoque concilium confirmatum est: in quo heresis Arrij dānatur. constat ex epistola Gregorij primi ad Leandrum Hispalēsem *3. conc.*

 episco-

episcopũ;& ex altera ad regẽ Reccaredũ,quarũ ſuperius mentionẽ feci.

Decimũ-quartum. Decimumquartum ſimiliter confirmatũ eſt à pontifice,quatenus confutat pęſtiferũ Appollinaris dogma, quod conſtat ex eius.1.cap.

Decimũ-quintum. Similiter decimumquintum, quatenus res fidei tractat ex mandato benedicti pontificis maximi cap.1.eiuſdem ſynodi.

Præter hæc concilia nullum ego eſſe arbitror,quod ſit Pontificis autoritate munitum.

Obiectioni occurritur. Neq; obſtat,ꝙ in conc.18.ſcriptũ eſt,eã ſynodum non eſſe numeratam inter canonicas: vnde quidã anſam arripiunt exiſtimãdi, cæteras omnes à pontifice fuiſſe probatas,non enim ea eſt ſynodi ſententia, ea mens, Vt ſignificare velit reliquas eſſe firmatas põtificis autoritate; ſed quoniam in.18.ſynodo ſolum ſunt acta regni negocia, & nulli ſunt canones con-

Canonica ſynodus quæ uocetur.

fecti,

fecti, dictum est, inter canonicas numeratam eam minime fuisse; non, vt interprętantur quidā. Imo vero non ait, inter canonicas synodos non esse numeratā, sed quod apertius confirmat sententiam nostram, inter canones, inquit, barbare tamen, non numeratur. Quasi dicat, nullos in ea synodo canones esse confectos.

Caput. XXIII.

De tempore cogendi Toletana concilia.

QVo tēpore Toletana concilia celebrari solita sint, dicamus oportet in pręsentia. quoniā hęc cōsideratio multum operepreci j adfert ad exactā eorundem conciliorum intelligentiā. concilium igitur Nicenum cap. 3. statuit, vt in singulis prouincijs bis prouinciale concilium tenere tur: semel ante dies quadragesimæ,

Tēpus celebrādi cōciliū prouinciale

vt omnibus, si quæ sunt, inquit concilium, simultatibus amputatis, mundum, & solemne Deo munus posſit offerri. secūdum verò agatur, inquit, circa tempus autumni. de cōcilio vero nationali mirum ſilentium. nihil enim de eo ſtatutum reperio in ſynodo Nicena, aut vlla alia ex vetuſtis œcumenicis, quæ toti orbi chriſtiano leges dederunt.

Nationale cōc. quo modo introductū, cū nulla eius fiat mentio in œcumenicis.

Comprehenſum eſt tamen, vt arbitror, ſub prouinciali, & conſenſu prouinciarum eſt introductum, cum cernerent quaſdam eſſe cauſas & cōtrouerſias quę à prę latis regni totius cōmodius atque aptius agi, & definiri poſſent. leges prętereà dari poſſe, quæ in cōmune toti regno ꝓdeſſent.

Ergo cum Nicena ſynodus de celebrando concilio ſingulis annis legem tuliſſet, veriſimile eſt, initio, eū morem in omni prouincia chriſtiana obſeruari conſueuiſſe, cum priſci illi

illi patres,& sanctissimi episcopi ad modum studiosi fuerint ecclesiastico rum canonum obseruatores.& sane, quod ex vetustis conciliorum monumentis conuinci possit, primis illis temporibus, id genus nationalis concilij,semel teneri quotannis solebat,vnà cum prouinciali. quod ipsa concilia Toletana apertè nos docét. nam conc. 16. Toletanum habitum est anno.6.regis Egicæ.17. vero anno eiusdem.7.& vtrumque,vt monstraui superius,est nationale.hoc docemur cap.62.Africani concilij his verbis, quoniam cõstitutum fuerat, vt singulis annis contraheretur concilium Africæ plenarium. &c.

Cæterum cum episcopi, nimium defatigarentur ambulando, atque à suis ecclesijs diutius abessent, quàm ratio, & ipsarũm ecclesiarum vtilitas postularet,erant enim longa illis itinera conficienda ex Gallicia, ex

Narbonési Gallia, ex Betica, & prouincia Tarraconensi, decretum postea est, vt hæc ipsa totius nationis cócilia, non nisi exigente necessitate cogerētur. id nos docet conciliū Africanum citato loco cum ait,

Tēpus tenēdi cōc. nationale

At quia laboriosum est singulis annis teneri conciliū Africæ plenariū, placuit vt nō sit vltra fatigādis fratrib⁹ anniuersaria necessitas, sed quóties exegerit causa cómunis, id est totius Africæ, vnde cunque ad hanc sedem pro concilio datę literę fuerint, congregandā esse synodum, in ea prouintia, vbi oportunitas ꝑsuaserit. subiungit, causæ autē quæ cómunes non sunt in suis prouincijs iudicentur, & quidem cum hoc statutum sit in concilio Mileuitano, cui per legatum suū Romanus pontifex interfuit, procul dubio ea lex nō ad Africanos episcopos modo, sed etiā ad episcopos aliarum prouiciarum pertinebat. ea denique

nique cæteri vti poterant, ac fortasse sunt vsi. certe concilia Toletana hanc consuetudinem seruasse videntur. quod vel illis verbis cõstat ca. 3. conc. 4. Tolet. si fidei causa est vel quælibet alia ecclesiæ cõmunis generalis totius Hispanię, & Galliciæ synodus conuocetur. Si vero talis non extiterit causa, speciale concilium conuocetur.

Singulis igitur annis episcopi suffraganei in vnum locũ conueniebãt; quẽ, conciliũ, anteq̃ soluerētur, designaret. quẽadmodum decretum est cap. 18. conc. 3. Toletani his verbis, *Locus designabat tenẽdæ synodo.*

Concilium vero non soluatur nisi prius locum elegerit, quo succedente tẽpore, iterum ad concilium conueniatur, vt iam non necesse habeat Metropolitanus episcopus pro concilio congregando literas destinare, si in priori concilio tempus omnibus denuntietur & locus. & quidem,

Tēp' quo conc. Tolet. teneri deberēt.

nisi aliquid obstitisset, cōcilium Toletanum decima quinta die calēd. Iuniarum congregabatur; quod eodē cap. concilium. 4. Toletanum statuit his verbis,

Quintadecima autem calend. Iuniarum congreganda est in vnaquaque prouincia synodus.

Rationē reddit conciliū, inquiēs,

Propter vernale tempus: quando herbis terra vestitur, & pabula germinum inueniuntur.

Id, vt dixi, intelligendum est, nisi aliud postulare necessitas videatur. sed hoc Metropolitani iudicio relinquebatur; cum dicat synodus,

Prout vniuscuiusque prouinciæ Metropolitanus elegerit, & apertiùs cap. 18. conc. 3. Tolēt. his verbis,

Præcipit hęc sancta, & vniuersalis synodus vt stante priorum autoritate canonum, quæ bis in anno præcipit congregari concilia, considerata

itine-

itineris lógitudine, & paupertate ecclesiarú Hispaniæ, semel in anno in loco quem metropolitanus elegerit episcopi congregentur, vt statutum est cap. 13. conc. 11. Tolet. congregati episcopi cóprouinciales causas tractabant cómunes in suis ecclesiis ob-ortas controuersias dirimebát: & canonum transgressores castigabát, legesque ferebant quas ad cómodiorē ecclesiasticæ disciplinæ obseruationem vtiles esse arbitrarētur. magno præterea studio ac diligentia adhibita inspiciebatur in his synodis prouinciarum, siquid esset quod in commune ab omnibus ꝓuideri deberet; siue id ad vniuersas ecclesias regni pertineret, siue etiam ad statum sæcularem. vbi autē aliquid repererāt, quod vniuersam nationem attingeret, iam tunc in cómune ab episcopis totius nationis decernebatur: missis prius literis à primate ad Metropoli

Paupertas olim ecclesiæ Hispaniæ.

Quid in conc. ageretur prouinciali.

tas prouinciarum, quibus conuenien di in vnum necessitas explicaretur. hoc insinuat Mileuitanum conc. capit. 10. cum ait,

Ratio uocandi ad conc.

Placuit etiã pati, vt omniũ episcoporum epistolis omnibus de cõcilio dandis sanctitas tua sola subscribat.

Imo vero ad calcē conc. 2. Tol. decretum est, vt ad cõprouinciales episcopos de synodo congreganda tēpore conuenieute Montanus Metropolita destinet literas. tunc tēporis singula concilia ꝓuincialia aliquot episcopos deligebant, atq; hos, ad locũ, in quo nationis concilium tenēdum erat, destinabant. neque enim oēs episcopi in his synodis simul aderant. huius rei indiciũ sumimus ex cap. 2. conc. 3. Cart. in quo sic scriptum est,

Placuit vt propter causas ecclesiasticas quæ ad perniciem plebium sæpe veterascũt singulis quibusque annis cõcilium conuocetur, ad quod omnes

mnes prouintiæ quę primas sedes habeāt, de cōcilijs suis binos, aut quot elegerint, episcopos mittāt: vt & minus inuidiosi, minusque hospitibus sumptuosi existant, & aggregato cōuentu plena possit esse autoritas.

Præterea cap. 10. conc. 15. Cart. in hunc modū, placuit, vt quotiescunque cōgregandū est conciliū episcopi, qui neq; ætate, neque ægritudine, neque alia grauiori necessitate impediuntur. competenter occurrant, primatibusque suarum quarumcunque prouinciarum intimetur, vt de vniuersis episcopis vel duæ, vel tres fiāt turmæ: ac đ singulis turmis vicissim quotquot electi fuerint, ad diē concilij instantissime occurrant.

Qui vero à prouincialibus concilijs episcopi designabantur vna secum ea deferebant in cōcilijs totius nationis tractanda, quæ digna emendatione viderentur. *Quid secū adferrent episcopi.*

Quem-

Quemadmodum autem singulis annis concilia prouincialia cogebantur, ita quoque statutum erat vt singulis annis procerū regni comitia tenerentur, sed maxime iudicum locorum, & fiscalium patrimoniorum atque id imperio regis Recaredi. solebāt aūt celebrari hæc concilia die calend. Nouemb. sicuti nos docet aperte cap. 18. cōc. Tol. 3. cum inquit, Iudices vero locorum, & actores fiscalium patrimoniorum ex decreto domini nostri Recaredi regis simul cū sacerdotū concilio, autumnali tempore, die calend. Nouēb. congregentur: rationem cur cogi deberent, reddit concilium, dicens, vt discant quàm piè, iustè, & humaniter cum populis agere debeant: neque in iustis vectigalibus, & immoderatis exactionibus ipsos præmant. sed per miserationem compatientes à grauaminibus defendāt, vt bonos popu li

Comitia Iudicū locorum & fiscalium.

Cur congregarentur.

li tutores facere decet. cum. n. reges Gothorũ, quod inferi⁹ mõstrabo, inter cęteros, ab episcopis eligerẽtur, ipsi episcopi facultatẽ habebãt moderãdi regis imperia. quẽadmodũ archiepiscopus Gnesgnẽsis in Polonia autore Cromero in historia de reb⁹ gestis Polonorum, & Stanislao Orichouio in sua Chimera aduersus Stancharẽ. quod eodem cap. 13. conc. 3. probatur. atque id certo comperiemus, si concilia Toletana totius nationis cõsiderare velimus. & quoniã hæc concilia partim erant comitia regni, partim ecclesiastici conuentus, cogebantur imperio regis; quod ex omnibus concilijs Toletanis quæ nationis totius sunt, non obscure accipi possit, & sunt sanè aliquot nempe quintum & decimum octauum in quibus solũ aguntur causæ regni, atque regis. & nullum est prorsus nationale, in quo non pleraque decernantur; quæ ad regni

Episcopi hispaniba bebant facultatem moderãdi imperium regum.

Conc. nationalia etiã erant regni comitia.

regni gubernationem referantur. ad do etiam sæpenumero ita contigisse, vt quas leges princeps cum primoribus regni tulerat, ad synodum attulerit, vt ab ea excuterentur, & probarentur. tales sunt leges de iudæis, q̃ fortasse plenius alibi dicam. Præceperunt aliquando reges vt quas synodus leges tulerat ab omnibus custodirentur, publico ædicto, de quibus etiam pragmaticas sanctiones sępenumero reges confecerunt, sed maximè Eruigius in conc. 13. hinc ea cõsuetudo orta est, quam perpetuò in concilijs totius Hispaniæ seruatam cernimus, vt non ante tractari quidpiam in eisdem aut excuti inciperet, quàm rex in medium cõcilium prodiret, vt volumen quoddam patribus offerret, in quo ea quæ censebat esse tractanda, continerétur. tomum appellant concilia. quod non ita oportet interprætari, ac si de illis tantum

Cõc. Tolet. moderabat regum leges

Cur rex prodiret ĩ mediũ cõcil.

tum negotijs liberum esset patribus in synodo positis, agere. sed quod illa cupiant reges tractari. ob eam etiā causam simul cum ipso rege aderant in cōcilio illustres viri palatini, que agora en España llamamos grandes, quibus ex officio incumbebat, synodo interesse, quod in præfatione concilij. 8. his verbis rex asserit,

Vos etiam illustres viros, quos ex officio palatino huic sanctæ synodo interesse, primatus obtinuit.

Huius etiam rei causa subscribit actis concilij rex, & primum omniū, vt conc. 3. atque vt definiens, vna cū patribus. nisi enim in his cōcilijs quę ad regnum, & rempub. pertinent, res agerentur, aut omnino non subscripsisset rex actis concilij, aut solū subscripsisset vt cōsentiens. quoniā princeps minime pōt ecclesiastica iudicia exercere, vel testimonio Constātini imperatoris initio conc. Niceni. & totius

Cur rex actis cōc. subscribat

Cur rex in cōc. nationis ad. esset.

tius ecclesiæ consensu quod est à me copiosius in disputationibus contra protestantes, monstratum.

Caput. XXIIII.

Quæ forma seruari solita sit in concilijs Toletanis tenendis.

Intrant episcopi.

COacta iam synodo, & episcopis, in eũ locũ cõgregatis vbi illa tenenda erat, hora diei prima iuxta decretum. 3. concilij. 4. Toletani, ante solis ortum eijciebantur omnes ab ecclesia: obseratisque foribus cunctis ad vnam ianuam, per quam sacerdotes ingredi opportet, hostiarij stabãt. tunc vero conuenientes omnes episcopi, pariter introibant; & secundũ suæ ordinationis tempora sedebant.

Sedent.

Presbyteri admittebantur et diaconi.

Vbi episcopi ingressi fuerant, & cõsederant, qui presbyteri vocabãtur, intrabant: non omnes quidem sed illi tantum; quos, vt concilium ait, cau

sa

sa pbauerat introire. inter quos nul lus diaconorum se poterat ingerere. post præsbyteros diaconi ingrediebãtur, probabiles dumtaxat, & quos ordo popoſcerat intereſſe. facta autẽ corona de ſedibus episcoporum præſ byteri à tergo eorum reſidebant, diaconi vero in cõſpectu epiſcoporum ſtabant. Sunt verba Iſidori in libro de concilijs. Ea etiam forma ſedendi ſeruata eſt Tridenti in conc.

Ingrediebãtur deinde aliquot laici, illi præſertim, qui digni iudicabãtur à concilio, vt præſentes adeſſent. *Laici.*

Ingrediebantur etiã notarij, quos ordo epiſcoporum requireret ad recitandum vel excipiendum quæ dicerentur in concilio. *Notarij.*

Ingrediebatur ſtatim ſynodũ rex, nationalem intelligo, tomumque pa tribus offerebat, & facta oratione diſcedebat ex concilio. *Rex.*

Interim trium dierum ieiuniũ in- *Ieiunium & litania*

dicebatur, vt testatur, 4. synodus To let. cap. 3. atque his tribus diebus pro concilij prospero processu, & exitu litaniæ dicebantur.

Obseratis ianuis, sedentibusque in silencio diuturno sacerdotibus, dicebat Archidiaconus, orate: subito prosternebantur in terrã omnes. quibus orantibus vnus ex episcopis seniori bus surgens, orationem palam fundebat ad dominum, cũctis adhuc in terra iacentibus: erat autem hæc oratio, Isidoro referente in libello de conci lijs, cuius nos etiam mentionem feci mus in nostris aduersus protestantes disputationibus. Quam etiã oratio nẽ in conc. Tridentino dicere initio solebat princeps legatorum ponti ficis, cum aderat; aut qui illi proxi mus erat autoritate & gradũ inter legatos.

Adsumus domine sancte Spiritus; adsumus peccati quidem im-

manitate detenti, sed in tuo nomi-
ne specialiter aggregati: veni ad
nos, esto nobiscum, & dignare
illabi cordibus nostris. Doce nos
quid agamus, quo gradiamur. Osten
de quid efficere debeamus: vt te au-
xiliante tibi complacere in omni-
bus valeamus. Esto salus, & effe-
ctor iudiciorum nostrorum: qui so-
lus cum Deo patre, & filio nomen
possides gloriosum, non patiaris per
turbatores esse iustitiæ, qui sum-
mam diligis æquitatem: non in sini-
strum nos ignorantia trahat: non
fauor inflectat: non acceptio mu-
nerum, vel personæ corrumpat:
sed iunge obsecro nos efficaci-
ter tibi solius tuæ gratiæ dono:
vt simus vnum in te, & in nullo ab-
erremus a vero, quatenus in tuo
nomine collecti, sic in cunctis te-
neamus cum moderamine pietatis
iustitiam, vt hic à te in nullo

 dissen

dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis præmia consequamur æterna.

Finita oratione respondebant omnes. Amen. Tunc aiebat archidiaconus, Erigite vos. Cōfestim omnes erigebantur, deinde sedebant. Sedentibus illis in silencio, diaconus alba indutus codicē canonum in medium proferebat, & capita pronūciabat de tenendis cōcilijs. Symbolum etiā fidei alta voce recitabat quod nos docent concilia omnia. finitis titulis alloquebatur synodum Metropolitanus his verbis. Ecce sanctissimi sacerdotes recitatæ sunt ex canonibus sanctorum patrum sentētiæ de concilio tenendo: siqua ergo quēpiam vestrū actio cōmouet coram suis fratribus proponat &c.

Oratio Metropolitani uel primatis ad synodū

Archidiaconi præterea ecclesiæ Metropolitanæ quem diximus, præsentem adesse, illę erant partes, inter cætera,

Partes archidiaconi in conc.

tera,

tera, denunciare concilio, si quid vellent qui foris aderant. sic enim legimus loco citato, si præsbyter aliquis, aut diaconus, si clericus aut laicus de his qui foris steterint, concilium pro qualibet re crediderit appellandum, ecclesiæ Metropolitanæ archidiaconus causam suam intimet, & ille concilio denunciet cui copiã facit synodus introeundi, & proponendi. omnes enim qui causas habebant aduersus episcopos, aut iudices, aut potentes, aut contra quoslibet alios ad synodum venire iubebantur cap. 3. concilij. 4.

Nonnullæ præterea in concilio leges obseruabantur quas in præsentia referre animus est, quòd sciam non solum ad rem de qua agimus, plurimum pertinere, sed ad plura etiam alia expedienda negocia. *Concilij leges.*

Vna est, nullus episcoporum à cõmuni cætu discedat anteaquam hora *Prima. Nemo discedat nisi finito cõc.*

generalis secessionis adueniat. cap. 3. conc. 4. Tolet.

Secunda. Omnia absoluantur Altera, nullus soluere cõc. audeat nisi oĩa sint prius definita. eod. loco.

Tertia. Subscribant oẽs episcopi. Tertia, quęcunque cõmuni deliberatione finiuntur, singulorũ manibus episcoporum subscribantur.

Et quoniã euenit interdum, vt de re proposita, variæ, ac pugnãtes sint sententiæ, quæ ratio iniri ac seruari debeat cum episcopi sentẽtijs discrepant, cap. 11. conc. Tolet 8. docemur his verbis, quę quarta lex est, atque habet in hunc modum,

Quarta. Maior pars uincat. Cum vero aut quælibet sancta synodus agitur, aut pacificè inter pontifices quidpiam definitur, si pauciores per nescientiã vel cõtentionẽ forte dissentiãt, aut cõmoniti plurimorum sententiæ cædant, aut ab eorum cætu, cum dedecore confusionis sęcedant; aut excõmunicationis annuæ sententiã luant. Atque vtinam hanc legem

legem, plerique animaduerterent eo rum qui in commune negocia tractant non ita sibi, vt faciunt, blandirentur neque alijs tam essent iniurij.

Quinta abiecto omni tumultu solicitè, & tranquillè ecclesiastica negotia terminentur, cap. 3. conc. 4. & cap. primo, conc. vndecimi, Tolet. His verbis, *Quinta. Quiete tractetur negotia.*

In loco benedictionis considentes domini sacerdotes nullis debent, aut indiscretis vocibus perstrepere, aut tumultibus perturbari, nullis etiam vanis fabulis vel risibus agi, & quod deterius est, obstinatis disceptationibus, tumultuosas voces effundere. Addit post paulo concilium, quicunque ergo in conuentu concilij hæc quæ præmissa sunt violanda crediderit, & contra hæc interdicta, aut tumultu, aut contumelijs, vel risibus concilium conturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum, quo præcipitur.

eijce derisorem, & exibit cum eo iurgium, cum omni dedecore, de cōsensione abstractus à cōmuni cætu secedat, & trium dierum excōmunicationis sententiam perferat.

Sexta. *Querele ordine tractentur.* Sexta, si quis quancunque querelam quæ contra canonem agat, corā episcopis proposuerit, non prius ad aliud trāseatur, quàm fuerit eà actio terminata. cap. 3. conc. 4.

Septima. Septima, ante duos, aut tres dies quàm concilium soluatur, episcopi omnes constitutiones à se æditas in concilio retractare tenētur: ne in aliquo fortasse fuerint lapsi. Isidorus in libello de concilijs.

Octaua. Octaua, eodem die, quo cōcilium absolutum sit, canones æditi in synodo coram ecclesia publicè legantur, quib⁹ perlectis respondeatur in choro. Amē. Redibunt deinde ad locum episcopi, vbi resederāt: & subscribēt concilij actis. idem citato loco.

Nona,

Nona, admonebuntur episcopi, quo tempore,& loco proximo anno concilium tenendum sit,iuxta decretum.3.conc.Tolet.cap.18. Nona.

Meminisse tamen oportet in præsentia,ꝙ tres illi dies litaniarum,quorum superius mentionem intulimus, iuxta Isidori sententiam citato loco, in conficiendo concilij apparatu, & peragendis præambulis insumebantur,quarto die reliquæ personæ admittebantur,& agebantur proposita negocia.

Rebus omnibus confectis dicebat Archidiacon⁹, Orate. Tunc omnes simul in terram prosternebantur ,& vnus ex senioribus episcopis orationem recitabat,quæ sic habet, Nulla est domine humanæ conscientiæ virtus quæ inoffensè possit tuæ voluntatis iudicia expedire . & ideo quia imperfectum nostrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa quæsumus Oratio.

quę perfecto æquitatis fine conclude re præoptamus, te in nostris princi pijs occursorem poposcimus; te quoque in hoc fine iudiciorum nostrorũ pro excessibus indultorũ adesse præcamur. Scilicet, vt ignorãtię parcas. vt errori indulgeas. vt perfectis votis perfectam operis efficaciã largiaris. & quia conscientia remordente tabescimus, ne aut ignorantia nos traxerit in errorem, aut præceps forsitam voluntas impulerit à iustitia declinare. ob hoc te poscimus, te rogamus, vt si quid offensionis in hac concilij celebritate attraximus, condonante te, remissibile habeamus, vt in eo q̃ soluẽdi sumus aggregati concilio, à cũctis primum absoluamur nostrorum nexibus delictorum, quatenus & transgressores venia; & confitentes tibi, subsequatur remuneratio sempiterna. Amen.

Extat oratio apud Isidorũ de con

cilijs

cilijs. is vero Isidori liber passim cir- cunfertur initio primi tomi cōcilio- rum. orationi, eodem autore, addeba- tur Pater noster, & Aue Maria. Liber Isidori de cōcil.

Dicebat deinde Archidiaconus, in nomine domini nostri Iesu Chri- sti, eamus in pace. Exurgebāt statim oēs, & residētes suis in locis exorsi à Metropolitano dabāt singulis oscu- lū pacis. pace reddita conciliū solue- batur. Autor est Isidor⁹ loco citato, sed nos huius consuetudinis nullum in conc. Tolet. vestigiū reperimus.

Postremo Metropolitani cura & studio quidā executor à principe so- licitabatur; cui⁹ illud munus atq; of- ficiū erat, primū quidē ad synodū cō- pellere iudices vel seculares viros. Deinde huius regij executoris instā- tia quecūq; examine synodali à qui- buslibet praue vsurpata inuenirētur his quibus erāt iura iustissimè refor- mabantur. cap. 3. conc. 4. Tolet. Executor concilij. Manus executoris

Atque

Atque, vt maiorem apud vulgus hominum Toletanorum conciliorũ decreta haberent autoritatem, interdum rex ipse synodo absoluta, eius leges atque statuta confirmabat. Iubebatque publicè, vt ab omnibus in commune obseruarentur. Id maxime fieri solebat vbi concilium nationale fuerat celebratum quod ex eius actis plane constat. Aliæ vero nationes alijs remedijs sunt vsæ. in concilio enim Mileuitano cap. 16. decretũ est, vt pro causis ecclesiarum executores vel aduocati à principe postularentur. in conc. vero Lateranensi sub Innocētio. 3. statuitur, vt designarentur qui inquirerent, vtrum conciliorum decreta obseruarentur, testes synodales vulgo appellant. canonem vero, quoniam vehementer desydero hac nostra tempestate in vsum reuocari placet scrupulosè referre. ille sic habet.

Cōfirmatio regis.

Testes synodales.

De

¶ De concilijs prouincialibus. Cap. 6.

SIcut olim à sanctis patribus noscitur institutũ vt singulis annis Metropolitani cum suis suffraganeis prouincialia nõ ommittant cõcilia celebrare, in quibus de corrigendis excessibus, & moribus reformãdis, præsertim in clero, diligẽtem habeant cum Dei timore tractatum, canonicas causas, & maxime, quæ in hoc generali concilio statuta sunt relegentes, vt eas faciant obseruari, debitas pænas transgressoribus infligendo. vt autẽ id valeat efficacius adimpleri per singulas diœceses statuant idoneas personas, prouidas & honestas, quæ per totum annum simpliciter, & de plano, absque vlla iurisdictione inuestigent, quæ correctione & reformatione sunt digna. & ea fideliter perferãt ad Metropolitanum. & suffraganeos

in

in concilio subsequēti. vt super his, & alijs prouida deliberatione procedant. Renouauit conc. Tolet. proxime habitum, hunc canonē, quod nos optabamus. Cæterū cum his testibus nihil prorsus mercedis decretū sit, nihil prorsus momenti inde emanauit.

Tandem cap. 7. conc. Toleta. 16. statutum est, vt decreta cōciliorum nationalium in prouincialibus publicaretur & quæ in his statuta fuerint, in diœcesanis.

Caput. XXV.

Quo loco teneri solere t sanodus Toletana.

NOn vno tantum loco celebrata esse legimus Toletana concilia, sed varijs potius prout commoditas temporis, negociorum, aut regis voluntas postulare videbatur, quod ipsa conciliorum monumenta testantur ne quispiam fortasse credat aliquem fuisse locum his concilijs celebrandis

Varijs locis celebrata concil. Tolet.

brādis Toleti perpetuo destinatum. illud tamen perpetuo seruatum scimus, vt in ecclesia, non in prophano aliquo loco tenerentur, siue nationis essent totius, siue prouinciæ Cartaginensis, ad quam Toletum eo tempore pertinebat. tribus autem locis maxime sunt habita: *Tribus locis habita* In æde inquam sanctæ Leocadiæ, non ea quidem quæ intra vrbem est, sed quæ in suburbio Toletano, *Aedes S. Leocadiæ extra vrbem.* vbi corpus beatæ Leocadiæ conditum esse ferunt, & apparuisse beato Ilephonso præsente rege. In hac Basilica sunt habita hæc conc. 4.5.6. In Basilica apostoloru Petri & Pauli. 8.13.14.15.16. quæ sane Basilica modo simpliciter Petri & Pauli dicitur; modo vero Prætoriēsis Petri & Pauli. *Basilica Petri & Pauli.* Erat autem hæc Basilica in suburbio Toletano, quod constat cap. 4. côc. 12. cui loco fortasse ꝙ miro eius Basilicæ amore teneretur, decreuit Bāba rex vt daretur episcop⁹

contra

contra sanctorum patrum, & conciliorum antiqua decreta. Aliquando etiam in æde, aut Basilica beatę Mariæ virginis quam ego existimo summum esse tēplum Toletanum, quod extat modo. frequētius autem, vt apparet, hæc concilia teneri solebant in Basilica Leocadię, & apostolorum Petri, & Pauli. quoniam, vt à peritis rerum Toletanarum accepi, duæ istæ Basilicę non procul aberant à regia domo, quā ætate nostra incolunt Augustinienses. hac igitur cōmoditate ducti patres tenere in basilicis memoratis à nobis concilia consueuerunt; vt nullo incōmodo suo, presens adesse, concilijs rex posset.

Basilica Mariæ uirginis.

Hinc facile refelli poßit publicus error existimantium, concilia Toletana in atrio præsulis Toletani habēri solere, in ea in quā eius domus parte quæ vocatur vulgo La sala de los concilios, in qua modo prouinciale conci-

Refellitur error.

La sala de los concilios.

concilium agitur. nam, vti dixi, semper in aliqua sacra æde cõcilium habitum est. neque domus hæc Archipræsulis tam apparet vetusta, vt temporibus Gothorum in ea potuerint synodi celebrari. & sunt ea omnia cõcilia quæ extant modo typis mandata à Gothis regibus conuocata; vel ante eorum ætatem gesta. Arbitror tamen eo loco synodos diœcesanas haberi cepisse, non multo ante ætatem auorum nostrorum; atque inde natam esse hãc appellationem, de lla mar se, la sala de los cõcilios: sed pergamus ad alia. *Cur ita dicatur.*

Caput. XXVI.

Quot sint concilia Toletana, & quando singula celebrata.

HVius quæstionis priorẽ partem nõ est sane difficile expedire. Plana est enim atq; aperta: siquidem so-

lum extant modo, quę vulgo circunferuntur decem & septem. fit etiam decimi octaui mentio in libello à me superius citato quo compẽdium Toletanorum conciliorum continetur. siue nationalia cõsideremus, siue prouincialia. & quidẽ duo prima anteq̃ Gothi Hispaniã occupassent, aut postius anteq̃ ad Christi fidẽ ex Arrianismo conuerterentur, gesta sunt. cætera coegerunt, & tenuerunt Gothi. Intercessernnt autem à primo concilio ad postremum anni. 337. nã primum habitũ est anno. 400, quia consule Stilicone, qui autore Prospero Aquitanico in consulum catalogo, & Gregorio Holloandro, hoc ipso tempore Romæ gessit consulatum. Vltima synodus, decima octaua inquam, habita est, æra. 740. Sunt præter hæc nonnulla alia concilia habita Toleti, sed prouincialia omnia. quorum memoria in manu scriptis codici-

Decem et septẽ concil. Tolet.

Quãdo celebrata.

codicibus reperitur. Sed hæc omnia gesta sunt post Gothorum ætatem, cũ Hispania à Saracenis occcuparetur. aut post recuperatam Hispaniam. de quib⁹ nihil impręsentia dicere statui.

Quæret fortasse quispiam quid causæ sit cur tam pauca Toletana cõcilia habeamus, si verum est quod diximus superius, singulis annis teneri cõsueuisse. Huic dubitationi hoc modo occurrendum censeo. Multas esse huius rei causas: & quidem ante Gothorum conuersionem hæresis Arriana impedimento fuit quominus in Hispania concilia tenerentur. facta est aũt eorũ conuersio æra. 627. sub Reccaredo: redditur hæc ratio initio synodi his verbis, *Cur tam pauca cõcil. Tole.* *Hæresis Arriana.*

Decursis retro temporibus hæresis imminens in tota ecclesia catholica agere synodica negocia denegabat.

Altera causa fuit, negligẽtia, & in

curia eorum ad quos pertinebat con uocare, atque tenere cōcilia. nam ob eam rem decē & octo anni abierunt sine concilio. quod docemur in præfacione conc. II. his verbis,

Decursis longe ante temporibus post decem & octo scilicet labētium annorum excursum, in vnum meruimus aggregari.

Tumult' externi & domestici.

Impediebant, vt arbitror, aliquando tumultus & seditiones regni. neque mihi dubiū est, præter hæc quæ habemus concilia aliquot etiam alia fuisse, quorum memoria ad posteros nō peruenerit; quòd in illis nihil actum sit quod ad ecclesiam pertineret; vel referri deberet in canonem. Imo vero fortasse non habemus modo ea omnia cōcilia, in quibus canones confecti sunt: sed more cæterarū rerum,

Iniuria temporis

eorum aliquot temporis iniuria interciderunt nobis.

Quo autem tempore singula sint habi-

habita, quod secundo loco quærebamus, quoniã ad historiã pertinet, ac rerum gestarum fidẽ paucis exponã.

Primum itaque concilium habitum est, vt dixi, sub Innocentio. 1. nõ sub Anastasio, quemadmodum legitur vulgo. tempore Honorij, & Arcadij Imperatorum; consule Stilicone, æra. 400. aut. 402. nam aliquantulum in hac re variant temporum scriptores. Quoniam vero ęrę incidit mentio imprę sentia, atque ea ratione computandi Toletana concilia frequenter vtuntur, non fecero ab re, si rẽ vsque adeò celebrem, tametsi paucis notam, paucis attigero. Solis igitur Hispanis ab ipso Augusti Cæsaris principatu, vsque ad Ioannẽ primum Castellę regem fuit peculiaris hęc de signandorũ temporũ ratio vt sumerent initium supputationis annorum à trigessimo octauo anno ante Christi seruatoris nostri natalẽ.

Primum conc. quo tempore habitum.

Quid sit æra.

quam appellant æram Cæſaris. quare demptis ex numero annorum æræ Cæſaris triginta octo annis numerus annorum Chriſti nati agnoſcebatur. Statuerunt autẽ veteres Hiſpani initium notandi annos Cęſaris Auguſti illo anno potiſsimum, qui ante diem Chriſti natalem trigeſimus octauus numeratur, vt Auguſto principi ſuo blandirẽtur, ſumpto initio ſupputandi publico conſenſu, ex eo tempore, quo illũ Hiſpania cæpit pro ſuo monarcha venerari. Nam in annum trigeſſimum octauum ante Chriſti natalem incidit ea particio trium virorũ cum Auguſto Cæſari Hiſpania obtigit. Et hęc ſane de ipſa re de voce autem illud eſt pro certo tenẽdum, ęrã, vocem eſſe latinam quæ deſignat numeri notam, vt tantundẽ ſit æra, quãtum numerus, non modo annorum, ſed etiam rei cuiuſque. ſed hanc rem latiſsimè atque elegantiſsimè perſequutus

nuutus est vir omnibus numeris absolutissimus Ioannes Vergara canonicus Toletanus apud doctorem Blasium Ortizium cap. 3. descriptionis templi Toletani, vt superuacaneum putem plura dicere de eadem.

Secundum, sub Fœlice Papa, Anno quinto regis Amalrrici, æra, 526. itaque lapsi sunt à primó cócilio ad secundum, anni. 126. 2.

Tertium sub Pelagio. 2. anno, 4. regis Reccaredi æra. 628. & intercesserút à. 2. ad tertium conc. anni. 102. hoc eodem tempore habitum est cócilium primum Hispalense sub eodé pontifice anno inquam. 5. Reccaredi. quo tempore, Leander Hispalensem ecclesiam regebat. at fortasse dices nó fuisse conciliú tertiú celebratú sub Pelagio, sed potius sub Gregorio, primú, ea ratione persuasus, quia in concilio. 3. vt cóstat omnium opinione, conuersus est ad fidem Recare- 3. 1 conc. Hispal. Obiectio.

dus cum omni gente Gothorum, & multis nobilibus Sueuis; atqui Gregorius.1.ad eum ſcribit eidemq; propter ſucceptam fidē catholicam gratias agit.quod habetur lib.7. Regiſt. cap.126. quare veriſimile eſt ſub eo pontifice id accidiſſe, non ſub alio. alioqui Pelagius magnas illi gratias egiſſet pro tam illuſtri, atque egregio facinore.iudicio meo. Propoſitę dubitationi hac ratione optime fit ſatis.Pelagius.2.ſub quo iſtud concilium celebratum eſt proximo Gregorium primum anteceſsit.potuit autē concilium fieri paulo ante quam Pelagius è vita decederet,cui cum non ſuppeteret vel facultas, vel tēpus ad agendū gratias Reccaredo regi, Gregorius id ſibi faciendum iure optimo curauit.atque ita initio ſui pontificatus Reccaredo gratias egit pro conuerſione ad fidem. non potuit autem id facere Pelagius,quoniam eo tempore

Soluitur.

Cur non potuit grās agere Reccaredo Pelagius.

pore Lógobardi Romã obſidebant. atque hæc ipſa cauſa fuit, quod ex eius hiſtoria conſtat, cur ille primus contra morem, & conſuetvdinem, ſine imperatoris facultate à clero Pontifex creatus eſt; tametſi poſtea ad imperatorem ſcripſerit de ea re. hic etiam Gregoiius, vt exiſtimo, confirmauit concilium Tolet, tertium.

Quartum in pontificatu Honorij 4.
primi Siſennando Rege Hiſpaniarũ & Gallicię, anno.3.eiuſdẽ, æra.634.

Quintum Seuerino pontifice an- 5
no.1.regis Suintillæ, ęra.636.

Sextum anno.1.pontificatus Ioan 6
nis.4.rege eodem Suintilla. æra.638

Septimum Theodoro pontifice, 7
rege Scindaſuntho. neque enim audiri poteſt is qui ad marginem eiuſdem concilij adiecit, anno.5. Siſennandi regis: non potuit enim teneri hoc conc. rege Siſennãdo, cum eo regnante celebratum proculdubio fue

rit quartum concilium, sic enim legimus cap.12.conc.8.

Decreta concilij Toletani, quod diuæ memoriæ Sisennandi regis aggregatum est tempore. &c. Citantur autem cap.56.58.59.60.61. Præsertim cum quintũ, & sextum cõcilium celebratum fuerit rege Suintilla, qui Sisennandum est consequutus.

8 Octauum pontifice Martino.1.rege Reccesiuntho.

9 Nonum sub Vitelliano, adhuc Reccesiuntho regnante æra.657.

10 Decimũ sub eodẽ Viteiliano. licet Roderic? Toletan⁹ cap.22.lib.3. suę historiæ sub Eugenio celebratũ esse ferat: eodẽque rege regnãte, ęra.658.

11 Vndecimũ anno.4. regis Vvãbæ aut Bãbæ, aut Vbãbani, vt in conc. legimus.7.idus Nouemb. cum gereret pontificatum Adeodatus æra.672.

12 Duodecimum circa tempora Leonis.2. anno.1. Eruigij, non Eringij, vt vulgo

vulgo dpravatè legit 5. id⁹ Ianuarij.

Decimum tertium, pontificatum gerente Benedicto, eodē rege. huius pontificis sanctitate permotus Constantinus imperator statuit vt imposterum is pontifex haberetur, quem clerus, populus, exercitusque Romanus elegissent; nulla imperatoris Constantinopolitani, aut eius exarchi in Italia, spectata authoritate nam ante id tempus, id erat ratum in pontifice creando, quod imperator confirmasset. vel qui eius in Italia vices gerebat. exarchus is dicebatur. & Rauennæ degebat. 13

Quādo data facultas creandi pontificē sine imperatore.

Decimumquartum, Leone aut Benedicto potius pōtifice. quod constare videtur cap. 2. eiusdē cōc. æra. 722 14

Decimum quintum anno. 1. Egicæ, æra 727. sub die Iduum Maij, Pontificatum gerente Benedicto, cap. 1. eiusdem concilij. 15

Decimum sextum anno. 6. Egicæ, 16

æra

æra.731.nonis Maij.

17 Decimumseptimum anno. 7.Egicę,æra.732.

18 Decimum octauum. cuius feci superius mentionem, habitum est sub Vitisa.ęra.740.

Quãto tẽpore durarent conc. Tolet.

Si quis me roget,quanto spatio tẽporis singula concilia Toletana per agi solerent,non possunt certo quæstionem expedire, quoniam id tẽpus varium reperio in diuersis synodis Toletanis,pro copia, & magnitudine negotiorum: illud tamen affirmare valeo,aliquãdo non plures quàm sex dies actos fuisse in celebranda synodo Toletana: quod ex.1. concilio colligi posit:præsertim ex illa fidei assertione aduersus Priscillianistas. Nonum præterea concilium,cum sit nationis totius cęptum est calẽd.Nouemb.anno.7.Recesiunthi & absolutum die.8.calẽd.Nouemb.anni eiusdem.:quod ex actis eius constat.

Cap.

Caput. XXVII.

Quinam soliti sint concilijs Tolet. subscribere, & quo ordine.

NOn est difficile, quęstionem propositam expedire, vno igitur verbo dico, eosdem omnes conciliorum actis subscribere consueuisse, quos dixi superius, sedere in synodo solitos esse. Subscribebat rex, Metropolitæ, episcopi reliqui, abbates, episcoporũ vicarij, illustres pallatini. Interdum etiam Archidiaconus Toletanus simul cum primicerio. Eius rei fides ea maxime ratione constabit, si concilia Toletana euoluamus, atque inspiciamus diligenter. nam in his passim, eius quod diximus, exempla reperiuntur. in conc. 8. &. 11. subscribunt Arcęidiaconus & primicerius ecclesiæ Toletanæ. In. 3. concil. Flauius Reccaredus rex. Quinam subscriberent.

Sed quis in subscribendo seruatus

Ordo subscribendo seruatus. ordo est, dicet aliquis huic ego paucis sine vlla mora respondeo. quotiescūque actis conciliorum rex subscribit, quod tamen raro fit, primus omnium subscribit. statim subscribunt Metropolitæ, proximè post hos episcopi reliqui. statim post episcopos, Abbates post Abbates vero Archidiaconus, & Primicerius post hos, episcoporum vicarij. postremo illustres palatini.

Ordo inter episcopos. Inter episcopos vero is ordo seruari consueuit, qui in sedendo obseruabatur. quamobrem, quo, quisque loco sedebat, eodem etiam subscribebat. sedebant autem episcopi in concilio secūdūm tempus suæ ordinationis iuxta decretum conc. 4. Tolet. cap. 3. cæterum in subscribendo semper Metropolita cæteros antecedebat episcopos. Obijciet aliquis in. 8. *Metropolita.* conc. prius subscripsisse, episcopum Calagurritanum, quàm Metropolitam

tam Bracarenſem. Quod ex eodem concilio cõſtare facile poſsit. Soluitur tamen is nodus, ſi dicamus, ita ſane in eo concilio ſcriptum reperiri, factum tamen id eſt ſcriptoris culpa, non ratione aliqua. nemo enim ignorat pleraque in his concilijs eſſe peruerſa, & deprauata, eorum maximè quæ ad apparatum pertinent conciliorum atque ordinem ſubſcribendi. ſic etiam legimus aliquando in his ſynodis, vicarij ſubſcriptionem prius quam epiſcopi, quod eſt proculdubio contra rationem, & publicam, atque probatam perpetuò formam, & conſuetudinem ſubſcribendi. conſtat id planè ex tertio & quarto concilio Toletano. imo verò quod potius mirandum eſt, reperitur interdum priori loco, Abbatis quam epiſcopi ſubſcriptio. *Soluitur.* *Deprauata in his conc.*

Inter vicarios epiſcoporũ, ego nullum ordinẽ in ſubſcribẽdo in his ſynodis *Ordo inter uicarios epiſcoporum.*

nodis seruatum initio, quemadmodũ neque in sedẽdo. sed vt quisque eum locum sedẽdo tenuit, quem occupasset primus, secretum tamen, & separatum ab eo, in quo præsules conside bant, Ita quoque subscribebat, cum primum poterat. In hanc sententiam adducor ea ratione, quia in concilio Tridentino, cui nos interfuimus, nulla prorsus, quod ad sedendum, & subscribẽdum attinet, vicariorum ratio habita est. & si hæc omnia curare synodus deberet, vix eius labor inueni re exitum posset, & magna quidem ex parte, in his quæ ferè nullius momenti sunt, occuparetur.

Ordo inter Abbates. Neque modo inter vicarios episcoporum nullus ordo omnino seruabatur, sed neque etiã inter vicarios & abbates, nam aliquãdo abbates antecedebant, vt in conc. 4. Tolet. Aliquando subsequebantur, vt in concil. vndecimo accidit.

Inter Metropolitas possit etiam aliquis dubitare, quis olim ordo in his synodis seruatus sit, tum in seden do, tum etiam in subscribendo: vtraque tamen dubitationis pars eadem ratione explicatur: ea videlicet, vnumquemque Metropolitarum, eo loco subscribere solitum esse quo loco sederet in concilio. & hinc is ordo sub scribendi quem in conc. modo repe rimus, sedendi quoque formã, atque ordinem cõmonstrat. — Inter Metropolitas

Vulgo creditur, Metropolitã Toletanum, vbi synodus nationalis teneretur, primum omnium sedere atque subscribere solitum esse, q̃ esset Hispaniarũ primas & caput reliquorum episcoporum. Ego vero quantũ legendo consequi possum, hanc vulgi sententiam, falsam, & cum ratione pugnantem esse existimo. Arbitror autem inter metropolitas, eũdẽ ordinẽ in subscribendo seruatũ, qui — Toletani Archiepi scopi loc⁹ in conc. nationali.

inter episcopos seruaretur. ut in quã sederét, atq; subscriberent secundum tẽpus suæ ordinationis. Huius rei il lud est apertũ argumẽtum, q̃ in plu-ribus cõcilijs Tolet. statim initio legim⁹, cõsedisse oẽs episcopos secundum tẽpus suę ordinationis. nec; Metropolitę excipiũtur, sed simpliciter de oĩbus episcopis id asseritur. Accedit ad hoc, q̃ nõ semp eodẽ loco sub scribere solitus sit Toleti Metropolita, neq; cæteri primarum sedium epi scopi, sed modo hic prius modo ille, qđ nõ alio q̃ ad tẽpus suæ ordinatiõ nis referri põt, res exẽplis cõuincit. In. 3. cõcilio prim⁹ subscribit Emeritensis Metropolita: deinde Toletanus: postea Narbonẽsis: postremo Bracarẽsis. in. 4. primus subscribit Hispalensis. secundus Narbonẽsis. tertius, Emeritẽsis. quartus Toletanus. quintus Bracarẽsis. postremus Tarraconẽsis. In. 6. cõc. Narbonẽsis, Bracarẽsis,

Secunda ratio.

Toletan⁹, Hispalēsis, pari quoque ratione ceterorū cōciliorū exēplo vti possimus. Quāquam autē archiepiscopus Toletanus neque sedēdo, neq; subscribendo cæteros oēs metropolitas antecesserit, ego nō dubito, quim ad eundē, tanquā ad primatē Hispaniarū spectarit, cōuocare episcopos, & synodum moderari. quarē in concil; 13. Tolet. cap. 8. definitum est; vt singulis annis mense Septembri Toletum ad primatē episcopi accedāt. Toletanus prætereà episcopus cæteros cōfirmabat, & præficiebat ecclesijs; quos potestas regalis eligeret: quod est nō obscurum argumentum primatus, de quo latiùs dicemus paulo inferius: nunc vero ad alia sermonem referamus.

Cōuocare episcopos cuius sit.

Caput. XXVIII.

Quæ forma in subscribendo seruaretur, & utrùm omnes scriberent eadem.

Pluresſub ſribendi formæ.

NOn eſt vna ſubſcribendi forma in conc. Toletanis vſurpata: ſed variè potius, atq; diuerſæ, quod hinc conſtare maximè poteſt. hæc enim forma in conc. 3. ſeruata eſt; his cōſti tutionibus annuens ſubſcripſi. in. 5. ſimpliciter dicitur, ſubſcripſi; in. 7. hæc conſtituta definiens ſubſcripſi: in. 8. ſolum referuntur nomina epiſcoporum in. 9. neq; nomina extāti in. 10. ſolū reperitur ſubſcriptio Eugenij. epiſcopi Toletani, in. 11. hæc geſta ſynodica à nobis definita; ſubſcripſi. in. 12. hæc ſynodica à nobis inſtituta, ædita ſubſcripſi; in. 13. hæc inſtituta à nobis definita ſubſcripſi? Tot igitur ſubſcribendi formæ in cō cilijs Toletanis reperiuntur.

Vtrū oēs eadem for ma uterē-tur.

Exiſtit tamen hoc loco quæſtio quam explicare, operæpretium fuerit, vtrum omnes eadē forma in ſubſcribendo, vterentur, an diuerſa potius. Ea tamen facile expeditur, ſi dica-

dicamus, eàdē omnino forma vsum fuisse regē, Metropolitas, episcopos cæteros, Abbates, atque etiam vicarios episcoporum: cum enim qui cōcilio præsentes adsunt, eius actis, atq; decretis bifariā subscribere posʃint, aut sicut consultores, & qui consentiant his quæ sunt in cōcilio definita, aut sicut definitores, & iudices, qui de rebus propositis, & tractatis in synodo sententiam ferant, non solum Metropolitæ, cęterique episcopi actis concilij subscribunt, vt definitores, & iudices, sed abbates quoque, & vicarij episcoporum. quod planè constare posʃit ex conc. 7. 11. 12. 13. Toletanis: in quibus omnibus hæc eadem, aut similis forma subscribendi vsurpatur, hęc gesta synodica à nobis definita subscripsi. Huius rei ea ratio esse potuit, quia vicarij episcoporum in concilio, quod pertinet ad sententiam ferendam, pro suis episco-

Abbates, & uicarij episcoporū subscribunt ut iudices.

ipis reputantur. Abbates vero ea forte fortasse causa ad definiendum admittebãtur, q ecclesijs præfecti essent, de quarum vtilitate in cõcilia geretur. & erãt tunc tẽporis, quod historiæ testãtur, monachi vsque adeò subditi episcopis, vt neque prodire domo sine eorum copia possent. quare prouincialis synodi decretis perinde monachi, atque cæteri oẽs obligabãtur. hanc rationem, si quis parum efficacẽ putat, inficiari sanè non posit, eã quam dixi, consuetudinẽ in concilijs Toletanis olim esse seruatã, cũ plurima eius exempla facile suppetant.

Monachi episcopis subditi.

Obijciet alquis, vicarios episcoporum, atque Abbates, interdum quidẽ non vt definitores, & iudices, sed vt annuẽtes, & consentiẽtes, eis quæ definirentur, subscripsisse. quemadmodum constat ex conc. 3. verum id est, sed hac eadem forma vsi sunt etiam aliquãdo episcopi. quod ex ipsorum conc. monumentis constat. quos, ob

eam rem, nemo cum ratione posit af-
ferere, non vt definitores, & iudices
subscripsisse. Sunt enim episcopi o-
mnium iudicio legitimi iudices rerum
ecclesiasticarum. Imo vero, qui dili-
genter euoluerit Toletana concilia,
proculdubio reperiet, semper, aut ma-
gna ex parte, eandem in subscriben-
do formã, oẽs qui præsentes in conci-
lio aderant, tenuisse: episcopos, abba-
tes, & vicarios episcoporum intelli-
go. Addo aliud, qđ Isidorus de cóci-
liis disserens in libello à me sępius ci-
tato, nó solum ad abbates atque epis- *Quinam presbyteri subscriberet olim*
coporum vicarios, pertinere inquit,
de rebus ꝓpositis iudicare easdẽque
definire, sed etiã ad presbyteros quos-
dã. Ego vero eius hac parte sententiã
sic accipio, vt vel illos presbyteros *Quomodo accipiẽda Isidori sententia.*
intelligã, qui sunt in synodo episco-
porum vicarii, vel si quos alios signi-
ficare eo loco velit eos haud dubiè si-
gnificet, quos cóc. 4. Tol. c. 31 refert

ad synodum esse admittendum, episcoporum iuditio. horum enim de rebus propositis roganda sententia est, & requirendum consilium. non habent tamen definiendi & iudicandi facultatem. hanc fuisse Isidori sententiam; vel ex eo conijcio, quia Isidorus ait, Id genus præsbyteros debere cum episcopo definire. Ita vt ex consilio præsbyteri, simul cum episcopo vna, atque eadem efficiatur episcopi sententia.

Quanquam reperimus aliquãdo more episcoporum presbyteros quoque aliquot subscripsisse, qui vicarij non essent episcoporum. Præsertim Archidiaconum, & Primicerium ecclesiæ Toletanæ. Ad quos superiora Isidori verba fortasse referũtur. Sed hanc quæstionem multo accuratius explicuimus prima nostra disputatione aduersus protestantes, pro concilio Tridentino.

De

De forma, qua in subscribẽdo rex vteretur, dicamus modo. ego sanè semel dumtaxat reperio subscriptionem regis in concilijs Toletanis. In concilio videlicet tertio: eo tamen loco primus omnium subscribit rex, neque vt consentiens modo, sed etiam vt definiens. sic enim legimus;

Qua forma subscribebat rex.

Rex vt definiens subscribit.

Flauius Reccaredus rex, hanc deliberationem quam cum sancta definiuimus synodo, confirmans subscripsi.

Atqui factum id esse, posit obijcere quispiam primum contra rationẽ: quia rerum fidei definitio, non ad regem, sed ad iudices ecclesiasticos pertinet. Deinde contra morem, & consuetudinem conciliorum oecumenicorum, quæ sunt veluti norma reliquorum. Nam sicuti à me monstratum est disputatione prima contra protestationem; Imperator Constantinus, qui Nicenę synodo præsens in

Obiectio.

terfuit, post episcopos oēs subscripsit, & non vt definiens, vel iudicās, sed tantum vt confirmans, vel consentiens hijs, quæ à concilio iudicata fuerant, ac definita. Veruntamen, si rem ipsam altius consideremus, proculdubio comperiemus, non sine magna ratione in conc. Tolet. id accidisse. Imo vero cum hæc ipsa Toletana concilia non simpliciter concilia fuerint atque cętus ecclesiæ nationalia intelligo, sed simul regni comitia ecclesiasticique conuentus, quod exposuimus superius, cum ratione factum est, vt conciliorum Toletanorum actis rex interesset, & subscriberet eisdem veluti iudex, & maxima regni pars. hinc, vt opinor, effectum est, vt in eodem concilio tertio, regni proceres, atque illustres palatini subscripserint, quasi hunc honorem regi deferentes. vbi vero rex nō subscribit

Soluitur. (margin)

ſcribunt palatini, quod accidit in. 8. concilio.

Caput. XXIX.

Vtrum episcopi titulares his concilijs intereſſent, & quo loco ſederent atq; ſubſcriberent.

MAgna quidem, antiquis temporibus, quod ex hiſtorijs accepimꝰ, & moſtrauimus copioſius diſputatione 5. aduerſus protestationem, in republica christiana titularium episcoporum paucitas fuit. cuius rei ea imprimis, vt opinor, cauſa fuit; quòd nódum ea ætate, ſocordia & ignauia episcopi lãguerenr: ſed ad munus, atque officium ſuum admodum eſſent attenti: hij enim ſolum procurabant olim, atque adiungebant ſibi, titularem episcopum, qui vel longo morbo, vel ætate cófecti munus prçſtare per

Pauci olī titulares episcopi.

Origo titulariũ episcoporum.

per seipsos nequaquam poterant: & tunc sanè titulares episcopi vagari libere minime sinebantur. at vbi & ocio, & voluptati cæperunt episcopi indulgere, officij immemores, omnē penè curam & solicitudinem, tanquā quieti inimicam à seipsis prorsus abiecerunt, & transtulerunt in alios. nā honore, dignitate atque opulentia cōtenti; propter quæ à multis ambitur episcopatus; prędicandi munus, quod proprium episcoporum esse testatur Tridentinū conc. & ante hoc conc. Tolet. 11 cap. 2. per monachos expleuerunt. Lites, & causas plebis subiectæ sibi per vicarium, quem œconomū concilia vocant, egerunt. audierunt secretas confessiones, per parrochios. visitandi officium quod non nisi morbo impediti pretermittere debuerunt cap. 38. conc. 4. Toletā. delegauerūt alijs. Postremò, quod vnū nullis restare videbatur, in quo

Multitudo unde orta.

merito

merito occuparentur, per episcopos titulares præstiterũt. Per hos etenim sacerdotes creant, confirmant fideles, atque etiam chrisma conficiunt; quanta vero ob eam rem in ecclesiã incõmoda inuecta sint, facile omnes testari possunt, modo velint. De his igitur titularibus episcopis quæstio est, vtrum olim ad synodum Toletanam admitterentur. sed quanquam aliqua existat quæstio, vtrum in aliorũ episcoporum locum subrogati in cõcilio sedere consueuerint, obscurum sane non est, titulares hos episcopos per seipsos, neque ad cõcilia prouincialia, neque nationis concilia, olim admissos fuisse. nulla etenim causa est, cur in his synodis, quas diximus, sedere debuerint, cum ecclesiam nullam habeant, quam moderentur, & regant. at vero per episcopos alios, senecta, aut morbo graues, aut qui quacunque alia legitima causa impedirentur. quan-

tum ego existimo, olim procul dubio
ad concilium admittebantur. neque
enim est quidpiam, quod prohibere
possit. quamobrem Doninelum epi-
scopum, qui in concilio 4. Toletano
inter episcoporum vicarios numera
tur, arbitror fuisse episcopum titula-
rem: si enim titularis non esset, non
potuisset in concilio pro alio sub
scribere, cum sit illud generale totius
nationis ad quod omnes vniuersæ Hispa
niæ episcopi confluxerint. Præterea
ego non dubito, quin postremo lo-
co, ea causa inter episcopos sederit,
quod ex ipsa ratione subscribēdi col-
ligitur. Vt enim admonui superius,
quo quisque loco episcopus in con-
cilio sedebat, eodem omnino subscri
bebat cōcilij actis. Subscribit autem
post reliquos episcopos: existiman-
dum ergo est, illum post cæteros om-
nes episcopos locum sedendi occu-
passe.

Cap.

Caput. XXX.

Quanta fuerit olim maiestas, autoritas, & potentia conc. Toletanorum.

HActenus quidem naturam, atque ingenium Toletanorum cócilio rum explicuimus, dũ diceremus quo genere ea continerētur; quæ formã in eis seruari solita esset: quibus partibus cõstarent. quæ leges obseruarentur. tandem qui nam in illis sederent, atque eorũ actis subscriberent: nunc vero animus est, ex earundem synodorum monumentis nõnulla depromere, atq; in medium producere, vnde facile quiuis agnoscat, quanta olim Toletanorum conciliorum vis, atque maiestas fuerit: quod ad historiã eius tẽporis, & rerũ a Gothis gestarũ haud dubiè plurimũ pertinet.

Primũ autem omnium illud reuocare in memoriã cupio, atq; infigere mentibus episcoporum huius ætatis, tanta,

Potestas, eligendi in synodis Tolet.

tanta, tanque admirabili punien-di facultate, synodum toletanā ol in fuisse præditam; atque illam, huiusmodi castigandi potestatem sic agnouisse & exercuisse in alios; vt Potamium, Metropolitam Bracarensem, archiepiscopatu deiecerit; in eiusque locum alium subrogauerit, quod cū fęmina quadam se contaminasset: eiusque amplexibus, & cōcubitu sodduisset; post actam nouem mensibus pœnitentiam in ergastulo, vt ille ait, post agnitum crimen, & patribus in concilio positis, primum per literas significatum; propria deinde voce & confessione; patefactum: vt intelligamus quanti facere episcopi debeant continentem & castam vitam; cum tam seuere, ac miseris modis, in eius violatores olim a patribus animaduerteretur. Potuit autem id facere concilium iure suo; ne quispiam eius seueritatem reprehendat, si quæ eadem ea tum

Potamius a conc. priuatus est archiepiscopatu.

tum

tum concilij Tolet. octaui, cap. 4. in quo in hunc modum legem latam reperio;

Si deinceps episcopi detecti fuerint, execrabilibus flagitijs, cum quibuslibet fœminis pollui, & familiari peculiaritate versari, nouerint se irreuocabili sententia patrum vlcisci: id est loci, & ordinis dignitate priuari. Cum autẽ deprehensus fuerit crimen admisisse Potamius, aut potius crimen ipse palam agnouerit, & propria sit voce confessus, passus est legem, quam concilium tulerat; neque de sumẽdo supplicio de Potamio põtificis sententia spectanda vel requirenda fuit, presertim cum similis lex in concilio Valẽtię in Gallia cap. 4. de deijciendis à dignitate episcopis incontinentibus lata fuisset prius; & pontificis maximi autoritate corroborata, atque munita.

Illud est lõge admirabilius, ne quis-

L piam

Sisbertus deiect⁹ archiepiscopatu Tol.

piam quantopere mitetur supplicium de Potamio sumptū à patribus in cōcilio prouinciali, ꝑ synodus.16. Toletana cap.9. episcopatū deiecerit, loco atque honore priuarit Sisbertum episcopū Toletanū, Hispaniarū primatē, quod inferius mōstrabo. eundēque confiscatis bonis omnibus in perpetuū exiliū relegarit, quē excōmunicatū declarauerat: neq; vsq; ad cōmunionē admittendū, nisi cum mors instaret, atq; appeteret. sequuta est autē synodus dū id facit, quod citato loco scriptum est antiquorum canonū sanctionem: aduersus quam Sisbertus Toletanus episcopus deliquerat: dum attentat regem Egicā exturbare regno, cui se, vti ceteri episcopi Hispaniæ, dum in regem vngeretur, obsequuturum cum iuramento promisserat: quemadmodum ex verbis Recesiunthi regis ad synodum octauā statim initio nōn obscure accipi potest.

test, sic enim eo loco scriptum legimus,

Reuolutis retro tēporibus, ita vos, omnemque populum, iurasse recolimus, vt cuiuscunque ordinis, vel honoris persona, quę in necem regiam, excidiumque Gothorū gentis, ac patriæ, detecta fuisset, vel cogitasse noxia, vel egisse, irreuocabilis sententię mulctatus atrocitate, nunquam mereretur veniæ remedium, vel alicuius temperātiæ perciperet qualecunque subsidium. Fides vero quæ à sacerdotibus regi data est, proculdubio seruari debet, præsertim si iuramento firmetur inquit concilium. 16. cap. citato superius. erat autem iam de hac ipsa re lata lex cap. 1. conc. 7. in hanc formam.

De violatoribus regis decretum.

Placuit nunc cōcordi sentētia definire, vt quisquis in ordine clericatus à maximo gradu vsque minimum, constitutus, in alienæ gētis regionē,

 se

se quacunque occasione transduxe-rit, vt exinde superbiendo, vel credi tum suum, vel quodcunque aliud vi deatur expetere, siue etiam; quo gen ti Gothorum, vel patriæ, vel regno specialiter, sub hac occasione possit nocere, vel fieri disposuerit: vel ali-quatenus fecerit. &c. subiungit, quis-quis hoc fecisse dignoscitur; iste ita indubitāter omni honoris sui gradu priuetur, vt locum eius in quo mini-strauerat, alter continuo perpetim re gendum accipiat: ipse vero tangres-sor sub pænitentia constitutus, si re-miniscens mali quod fecerat, vsque ad diem mortis suæ rectissimè pæni-tuerit, in solo tantum fine cōmunio ei danda est; ita vt antequam tempus finis eius adueniat, si quisquam sacer dotum, etiam ordinante principe, ei cōmunicare cōsenserit, particeps cri minis illius effectus, Anathema fiat perpetuo, ac simili cum eo sententia

con-

condemnetur.

Hoc vero maximè admirabile existit, quòd concilia Toletana, reges etiam ipsos, canonum ab ecclesia conditorum transgressores Anathemate percutiāt; atque in eosdem eadem omnino congerant maledicta, dirasque imprecationes ac in cæteros homines. cap. 1. conc. 7. in hanc sententiam legimus,

Execrādum Anathema fiat, & veluti præuaricator catholicę fidei semper apud Deum reus existat, quicunque regum deinceps huius canonis censuram in quocunque crediderit, vel permiserit violandam.

Præterea ad calcem conc. 4. ita habetur,

Sanè de futuris regibus hanc sententiam promulgamus, vt si quis ex eis contra reuerentiam legum superba dominatione, & fastu regio, in flagitijs, & facinore seu cupiditate cru- *Reges anathemate feriuntur 4. cōc. Tole.*

delissimam cupiditatem in populis exercuerit, Anathematis sententia à Christo domino condēnetur, & habeat adeò separationem atque iudicium, quòd præsumpserit praua agere, & in perniciē regnum deducere.

Castigatio regis Gothi, q; oppresserit uectigalibus populum.

De rege vero Semithilano, qui ꝓpria scelera metuēs, se regni fascibus exuit, eodem loco sic statuitur;

Vt neque eum, vel vxorē eius, neque filios eorum, vnitati nostræ vnquā consociemus, neque eos ad honores à quib⁹, ob iniquitatē deiecti sunt, aliquando promoueamus, qui etiam sicut in fastigio regni habentur extranei, ita à possessione rerū quas de miserorum sumptibus auxerāt habeantur alieni.

Suppliciū de Bamba sumptum.

Factum præterea Bābæ regis, qui in suburbio Toletano in ecclesia prętoriēsi sanctorū Petri & Pauli atque alijs etiā in locis, vbi pri⁹ episcopus nō erat, neque per leges adesse debet,

Episco-

Episcopum collocari iusserat irrita cum, atque infectum facit concilium 12. cap. 4. eiusque iussionē iniustam vocat, atque eundē, dum id facit, consilio leuitatis vsum esse, synodus testatur. Anathema etiam regi dicitur cap. 3. conc. 6. qui permisserit in suo regno viuere aliquem infidelem.

Leges ferendas corrigendas curare rex debet.

Caput. XXXI.

Quanti fecerint reges Gothi concilia, atque episcopos.

IAm vero quanta autoritate concilia Toletana prædita fuerint, quantique illa fecerint reges Gothi, licet multis, varijsque argumentis conuinci possit, his monstratur maximè, quæ ex eorundem conciliorum monumentis eruuntur.

Lex lata à conc. ad reprimendā regum cupiditatem

Vnum est, quòd cap. 10. cōcilium octauū legē tulerit, ad reprimendā principū atq; regū suorū cupiditatē.

Præterea etiam ad calcem conc. 4.

Alterum est, quòd reges petere soliti sint, vt leges à se latas synodus corrigat. facit hoc Eruigius rex in oratione, quam habet ad conc. 12. Tolet. his verbis,

Leges suas petit rex à conc. ut corrigat.

Hoc generaliter obsecro, vt quicquid iustitiæ videatur cõtrarium, humanitatis vestræ iuditio corrigatur.

Qua ratione reges cõc. se submitterent Tolet.

Tertium sumitur ex modo, quo se concilio reges insinuare solebant, atque in medium eius prodire. Eruigius ad conc. 12. ita loquitur, venerabilem paternitatis vestræ cętum cum lachrimarũ effusione conueni.

Et paulo ante ait concilium.

Adfuit coram nobis clementissimus princeps humanitatis gratia plenus, qui nostro se cętui recliuem exhibens, ac deuotum, imprimis omniũ sacerdotum se cõmisit præcibus adiuuandum. Initio conc. 8. cum vnusquisq; sedes debitas occupasset, adest

sere-

serenissimus princeps pia religione plenissimus, qui se nostro cætui reddens acliuem, vt cum omnipotenti Deo precibus cōmendaremus, adstās dulcifluis, nos vt filios, cohortat' est verbis.

Initio conc. 4.

Rex coram sacerdotibus Dei humi prostratus, cum lachrimis, & gemitibus pro se interueniendum domino postulauit.

In conc. 15.

Rex in medio pontificum positus humique prostratus, sacerdotū Dei se cōmendauit orationibus.

Egica rex in eodem cōc. sic loquitur patribus. Vobis coram positus vestris præcibus supernam mihi clemétiam suffragari efflagitans, vniuersitatem sanctitudinis vestrę christiana mentis deuotione conuenio.

In conc. 16.

Princeps nostro sese cętui intulit,

& gloriosi capitis verticem cernuo voto reclinãs nostris se domino præcibus cõmendauit.

In oratione regis ad conc, 13.

Sãctissimi, & religiosa pietate excolendi pontifices, & diuini cultus instantissimi sectatores.

In conc. 22.

Flauius Erdigius rex sanctissimis, atque reuerendissimis patribus.

In. 15.

Sublimissimi patres, & cælesti iure mihi venerandi pontifices.

In conc. 16.

Nouit beatissimi patres serenitatis vestre gloriosa sublimitas. Hæc autem in medium produxi vt intelligant omnes quanti facere debeant patres, præsertim in cõcilio positos.

Caput X X X I I.

De ratione eligendi reges Gothos.

A Multis dubitari video, vtrú successione an electione potius regnum Gothorum olim traderetur. neque de ea re inter scriptores satis conuenit: qui si accuratè, & diligenter Toletana concilia euoluissent, facile quidem hac dubitatione liberarentur, illa etenim aperte testantur, Gothorum regnum, non successione accipi, sed electione potius deferri consueuisse. Presertim conc. 5. cap. 3. cum ita inquit,

Quoniam sunt incósideratæ, quorundam mentes & se minime capientes quos, neque origo ornat: nec virtus decorat, qui passim, putant licenterque, ad regiæ maiestatis peruenire fastigia, huius rei causa, nostra omnium cum inuocatione diuina ꝓfertur sententia, vt si quis talia meditatus fuerit, neque electió omniú præficit, neque Gothorum gentis nobilitas ad hunc apicé trahit, si cōsortio

catholicorũ priuatus, & diuino Anathemate condemnatus.

Obiectio. Sed quid dicemus de Eruigio rege, rogabit fortaſſe quiſpiam? hunc enim Vamba ſucceſſorem fecit ſibi, cap. 1. conc. 12. his verbis,

Idem Vamba dum ineuitabili neceſsitudinis teneretur euentu ſuccepto religionis debito cultu. &c. Hunc inclitum dominum noſtrum Eruigium, non Eringium, vt legitur in his concilijs quæ paſsim circunferuntur, & admonui ſuperius, poſt ſe præelegit regnaturum.

Et paulo inferius eodem cap. inquit ſancta ſynodus,

Hunc Eruigium diuinum iudiciũ in regno præelegit, & deceſſor princeps ſibi inſtituit ſucceſſorem.

Sic interroganti, in hunc ego modum reſponderem, Vambam regem, dum viueret, pertæſum vitæ prioris, regno ſe abdicaſſe, & religionis vo-

Soluitur.

to adſtrinxiſſe. quod inſinuatur his verbis cap. 1. conc. 12. rex Vãba ſuccepto religionis debito cultu, & venerabili tonſurę ſacrę ſignaculo &c. Atque optaſſe vt Eruigius rex fieret, eundemque nominaſſe regem Gothorum, ſibique ſucceſſorẽ, ea lege, & conditione, vt id factum, ab his, quorum intererat regem creare, probaretur, cõfirmareturq;. Huc enim ſpectat, quod loco citato; patres in concilio poſiti teſtantur,

Vidimus & pariter patulo alternę viſionis intuitu prælucẽte proſpeximus, huius præmiſsi ordinis ſcripturas: id eſt notitiã manu ſeniorum palatij roboratam: coram quibus antecedens princeps, & religionis cultum, & tonſuræ ſacræ adeptus eſt venerabile ſignum. ſcripturam quoque definitionis ab eodẽ æditam, vbi glorioſum dominum noſtrum Eruigiũ poſt ſe fieri regem exoptat.

Subiun-

Subiungit concilium,

Quibus omnibus approbatis, atq; perlectis dignum sanè nostro cætui visum est, ut prædictis definitionib⁹ scripturarū nostrorum omniū cōfirmatio apponatur. ut qui ante tēpora in occultis iudicijs, præscit⁹ est regnaturus, nunc manifesto in tempore generaliter omnium sacerdotum habeatur definitionibus consecratus.

Cōstat igitur ex superiorib⁹ reges Gothorū non successione solere, sed electione creari, Vambamque regem non simpliciter successorem sibi fecisse, sed ea tātum lege, modò ab illis probaretur, quorum ex officio interesset regem creare.

Caput. XXXIII.

Quorum calculis reges Gothorum crearētur,

NOn est obscurū, à quib⁹ Gothorū reges olim crearētur, si eadē ipsa conci-

concilia consulamus. Eligebãtur etenim à proceribus regni, siue illi ex ordine essent sacerdotali, quales ætate illa erãt episcopi, siue ex sæcularibus prophanisque hominibus. Nam episcopi, eo tẽpore, & fore quidem, inter magnates, principesque viros numerabantur. ad quos, quia olim pertinebat creare reges, ne omnino eorum hac parte maiestas aboleretur, sed perstaret adhuc eius vestigium aliquod, vbi ex sarracenis recuperari cæpit Hispania à Pelagio principe, qui genus ducebat ex Gothis, factum esse arbitror ꝙ vt episcopi omnes, regum consiliarij efficerentur, & referrentur inter principes viros. Por que agora se llaman de el estado y cõsejo de los reyes y como Grandes se hallan en las cortes que se hazen de Grandes, y como tales tienen otras preeminencias en la corte y fuera della.

A proceribus regni reges Gothi creabãtur.

Los obispos son Grandes.

Cap.

Cap.3.conc.5.sæuerissima aduersus eos profertur sententia, qui ad apicem regni adspirant, cum non fuerint omnium electione regno præfecti dum autem omnium mentionem concilium facit, eos significat procul dubio qui præsentes tunc temporis aderant in concilio, cum decretũ huiusmodi conderetur: episcopos videlicet, atque illustres viros.

Hæc etiam sententia plane cõuincitur eo argumento, quia Eruigium, quẽ successorẽ sibi Vãba nominauerat, episcopi, & palatini, nobilesq; gothi probauerũt. cap.1.conc.12. sed id apertius cõstat cap.10.cõc.8. his verbis Ab hinc ergo deinceps ita erunt in regni gloriam preficiendi rectores; vt, aut in vrbe regia aut in loco vbi princeps decesserit, cum pontificum maiorũque palatij omnimodo eligantur assensu, non foris secus cætu aut conspiratione paucorum, aut

aut rusticarum plebium seditioso tumultu.

Caput XXXIIII.

Ex qua gente rex Gothorum acciperetur.

QVanquam rex Gothorum, principum virorum electione, atque suffragijs regno preficeretur: nō poterat profecto, sine discrimine vndecunque assumi: atque euehi ad fastigium tantæ dignitatis: quinimo ex nobilibus gentis Gothicę necessario assumendus erat: hinc proculdubio refelli posſit publicus error asserentium, Vembam regem, ex media fæce vulgi ad regni apicem fuisse euectum. Nullam etenim huius rei quæ fide digna sit, historiam citare nobis vulgus posſit. Imo vero conc. ipsa Tolet. nobilem virum apellāt Vambam multo antequam rex crearetur. quem modo Vambam, modo Vvambam

bam, modō etiam; Vyambanem appellant.

Et huiusmodi electio, Gothorum legibus, de creando rege, quæ concilijs insertæ sunt, plane aduersatur: cap. Nāque. 3. conc. 5. catholicorum consortio priuatur & diuino anathemate cōdemnatur, qui contēderit ad apicē regni, nisi omnium electio cundem præfecerit & nobilitas gentis Gothorum traxerit. cap. vero, 17. conc. 6. id ipsum planius efficit, cum ait synodus,

Rege defuncto nullus tyrannica præsumptione regnum assumat nullus sub religionis habitu detonsus, aut turpiter decaluatus, aut seruilem originem trahens, aut extraneæ gentis homo, nisi genere cognitus, & moribus dignus promoueatur ad apicem regni.

Hinc ego factum puto, vt decerneretur in concilio, nē qui ex seruili

li cōditione originem trahunt, cum nobilibus gentis Gothicæ coniugio permiſcerentur. alias enim accideret aliquando, vt qui ex ſeruis originem ducit, Gothorum rex efficeretur. legimus enim in hunc modum cap. 13. conc. 9.

Sicut legum reuerenda ſanctio cōſuit, ita ſeruari totius generis nobilitas debet, vt in nullo aliena commixtio maculet, quod generoſitas propria decorauit. Vnde cunctis eccleſiarum libertis, tàm viris, quàm fœminis, eorumque propagini, interdicitur iuditio generali, ne deinceps connubij cauſa Romanis ingenuis, copulentur. addit concilium, quòd ſi hoc factum quandoque patuerit, per mixtione tali genita proles; nūquam merebitur ius debitæ dignitatis.

Cæterum, quæ diximus, omnia, atque inſup̄ quo loco eligēdus ſit rex, apertiſsime decreta reperim⁹ cap. 10.

 conc.

conc. 8. his verbis, quæ etiam citaui proximo cap. abhinc ergo deinceps ita erunt in regni gloriam præficien di rectores vt, aut in vrbe regia, regiam autem vrbē appellat synodus, Toletum, quoniam eam sibi rex ad vitam delegerat, aut in loco vbi princeps decesserit, cum pontificum, maiorumque palatij omnimodo eligantur; assensu subiungit, non forinsecus cætu, aut conspiratione paucorum, aut rusticarum plebium seditioso tumultu. Aliquando enim, par est credere, id fuisse à plebe tentatum per tumultum, vt quem probaret, ad regni apicem euehere studeret. Cum enim concil. dicat non forinsecus &c. Ex solis nobilibus gentis Gothicæ assumendum esse regem significat.

Caput XXXV.

De unctione regum Gothorum.

Crea-

CReatus rex Gothorum pontificum iuditio, & nobilium virorũ calculis, inungebatur ab episcopis, & consecrabatur Deo. vt intelligant omnes, antiquis temporibus reges Hispaniarum inungi solere. & posse id modo, iure suo, petere, atque vsurpare si velint. cap. 1. conc. 12. Vãba Eruigium post se regnaturum prælegit, & sacerdotali benedictione vngendum curauit.

Reges Gothi ungebantur.

Paulo inferius Vamba rex instruxit Iulianum, Toletanæ sedis episcopum; illumque admonuit vt vngeret Eruigium successorem in regno, atque omni diligentia vnctionis celebritas fieret.

Adhuc paulo inferius, nostrorum omnium, inquit synodus confirmatio apponatur, &c. vt generaliter omnium sacerdotum habeatur definitionibus cõsecratus. hinc colligo, neque sine ratione, vt mihi videtur, cõ-

ſecrationem, atque vnctionē regum Hiſpanorum, ab epiſcopo Toletano tanquam à primate, fieri conſueuiſſe. ſed adiuuabatur à cæteris epiſcopis, qui præſentes aderant: atque illi operam impendebant. alioqui neque Vāba commiſiſſet hanc curam Iuliano epiſcopo Toletano: neque in eam rē cæteri epiſcopi incumberent; vt omnium eſſet Eruigius, epiſcoporum manibus conſecratus.

Quoniam vero rex Gothorum vngebatur, Chriſtum eum appellant conc. quaſi vnctum domino dixeris. Sic enim legimus in præfatione concil. 6. anno prædicti principis, & triūphatoris Chriſti ſecundo.

Caput. XXXVI.

Quid reges populo cum iuramento promitterent, quid contra populus regi, & quot regum, Toletana conc. mentionem inſerant.

Non

NOn ante regnare incipiebat Gothus, quàm in manu eorum, à quibus creatus fuerat rex, cum iuramento promitteret, se seruaturum quæ sunt decreta cap. 10. conc. 8. quod constat his verbis, non prius apicem regni, quisquam percipiat, quàm se illa per omnia suppleturum iurisiurandi taxatione definiat.

Sed quæ sunt illa, dicet fortasse quispiam? profectò quæ eodem ipso capite, hac serie verborum continentur. Quid iurarent Gothi reges.

Erunt catholicæ fidei assertores, eamque ab hac quæ imminet Iudæorum perfidia, & cunctarum hæreseum iniuria defendentes. Erunt actibus iudices & vita modesti. Erunt in prouisionibus rerum parci, plus quam extenti: vt nulla vi, aut factione scripturarum, vel definitionum qualiumcunque contractus sub- Audi rex

ditis, vel exigant, vel exigendos intendant. Erunt in conquisitis oblatione gratissima rebus non prospectantes proprij iura cōmodi, sed consulentes patriæ atque genti.

Hæc sunt quæ iuraturos reges decernit cōcilium loco citato. Quæ omnia dignissima sunt catholicis regibus.

Iurabant insuper se minime laturos, vt quispiam infidelium degeret in suo regno: quod cap. 3. conc. 6. testatur his verbis,

Quisquis succedentium temporū regni sortitus fuerit apicem, non ante conscendat regiam sedem, quàm inter reliqua cōditionum sacramenta pollicitus fuerit, nullum nō catholicum pmittere in suo regno degere.

Iurabant etiam legē latam ad calcem conc. 8. Tolet. de bonis quæ sine ordine reliquit rex mortuus. vt inquam cædant eius heredibus: neq;

posʃit

possit successor ea occupare: sic enim legimus loco citato, non antè quispiam solium regale conscendat q̃ iuramenti fœdere, hanc legem se im̃plere promittat.

Quemadmodum autem futurus rex, ea quæ retulimus, cum iuramento pollicebatur populo, ita quoque populus regi pleraque iurabat: sed illud maxime quod in præfat. conc. 8. in hunc modum rex testatur;

Reuolutis retro tẽporibus, ita vos, loquitur ad episcopos rex, atque illustres palatinos, omnemque populum iurasse recolimus vt cuiuscunque ordinis, vel honoris persona, quæ in necem regum, excidiumque Gothorum gentis, ac patriæ detecta fuisset, vel cogitasse noxia, vel egisse, irreuocabilis sententię mulctatus atrocitate nusq; mereretur veniæ remedium. *Quid populus iuraret regi*

Ex monumentis autem conciliorum, vt hac quoq; parte rudiores ad- *Nomina regũ quorũ meminerũt cõc.*

iuuem, legendo accepi nōnullos Gothorum reges, quos referre, ob eam, quam dixi, causam, operæpretium putaui. Post Christi fidē ſucceptam omnium primus Flauius Reccaredus vocatus eſt, non Riccaredus, vt vulgo putatur. Eius vero vxor Badda vocatur initio concilij. 3. Is primus ex Arriana ſecta ad eccleſiam catholicam, & Romanam tranſijt, ſimul cum illuſtribus Gothis, & multis Sueuis, qui eo tempore Galliciam vt dixi alibi, occupabant: & reliqua Gothorum multitudine. Extat epiſtola quædam Gregorij primi, ad Leandrum. Hiſpalenſem epiſcopum de Reccaredo rege. In regiſtro, lib. 1. cap. 41. Alia etiam eiuſdem ad Recaredum regem, in cuius primo cap. laudatur maxime Reccaredus, quod in cauſa fuerit, vt ad fidem catholicam gens Gothorum conuerteretur. Extat hæc epiſtola lib.

Reccaredus.

Badda.

lib. 7. regist. cap. 126.

Sisennandus, cuius mentio fit in conc. 4 tametsi à quibusdam Sisebutus vocetur, quorum ego hac parte sententiam probare non possum; cum Sisennandi, non modo in concilio quarto, sed in aliis quoque synodis, præsertim. 8. cap. 12. mentio instetatur: dum quartum concilium citatur ab eo coactum. *Sisennandus.*

Chintilla, vel Suintilla i cóc. 5. & 6. *Chintilla*

Schindasiundus in con. 7. *Chindasiundus.*

Reccesionthus, vel Reccesiundus in conc. 8. 9. 10. *Reccesiunthus.*

Semithilana, ad calcé conc. 4. qui metu perculsus regno se abdicauit. *Semithilana.*

Vamba in conc. 11. qui etiam regnum Eruigio reliquit. *Vamba.*

Flauius Eruigius in conc. 12. 13. 14 *Eruigius.*

Flauius Egica in conc. 15. 16. 17. *Egica.*

Leubigottone regina, vxor Eruigij. *Leubigottone.*

Sisebutus qui antecessit Sisennandum, cuius meminit conc. 4. cap. 56. *Sisebutus*

Cixilo

Cixilo. Cixilo regina, Egicæ vxor, cap. 7 conc. 17.

Vitisa. Vitisa rex in conc. 18.

Caput XXXVII.

Quoties fuerint ex Hispanijs pulsi Iudæi, & quo iure.

NEminem arbitror tam ignarum, atque imperitum antiquitatis, qui non norit, Iudæos numerosam gentem, perfidā flectinesciā duræq; ceruicis Hispanias, Priscis tēporibus incoluisse. quorum tam erat olim ibi dem copia frequens, vt nō defuerint, qui epistolam illā, quæ ad Hæbreos inscribitur, à Paulo Apostolo Hispanis Iudæis missam esse putent, testen turque. hij igitur vsqueadeò importuni, atque molesti Hispanis regibus, populisque fuerunt, tum rituum, & ceremoniarum suarum, quas adhuc mordicus tenent, obseruatione; tum etiam

Iudæorum ingenium & natura

etiam inmodico compendij, & quæstus studio quem ex vsuris faciebant more suo, fastu præterea, & ambitione intolerabili, quibus permiscere, perturbare atque euertere omnia conabantur, vt eosdem cum neque reges neque populi ferre possent, optima ducti ratione, nō semel ex Hispanijs expulerint. Ex Gallijs n. pulsos fuisse, tempore fere eodem ex Gallorum historijs constat. Cum autē, neque quoties, neque quo tempore, atque iure id acciderit, satis ex alijs historijs probari possit; quid ego de ea re ex Toletanis concilijs didicerim, paucis exponam.

Primum omnium, iuditio meo, Iudæos ex Hispanijs expulit Sisebutus rex, qui medius inter Recaredum & Sisenandum Hispanias rexit. anno fere à Christo nato, 630. Huius rei fidem facio ex cap. 56 conc. 4. Tolet. in quo scriptum reperio. Qui autem *Sisebutus primus ex Hispanijs Iudæos expulit.*

de

de Iudæis loquitur, iam pridem ad christianitatem venire coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti, quia iam constat eos sacramentis diuinis sociatos, & baptismi gratiā succepisse: & chrismate vnctos esse; & corporis domini & sanguinis extitisse participes, oportet vt fidem etiam, quam vi, vel necessitate succeperunt, tenere cogantur.

Idem insinuatur cap. 58. eiusdem synodi his verbis,

Plerique qui ex iudæis modò ad christianam fidem promoti sunt, blasphemantes in Christum, non solum Iudaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam abominandas circuncisiones exercere præsumpserunt.

Chintilla secundo illos expulit. Post Sisebutum videtur mihi rex Chintilla Iudęos etiam expulisse ex Hispanijs. & quod factum fuerat à Sisebuto

sebuto cõfirmasse. Arbitror.n. tẽporibus Sisebuti, cum esset vis illata Iudæis; quod docemur cap. 56. conc. 4. vbi asserit, Iudæos fuisse coactos venire ad christianitaté; cuius rei gratia eodem cap. definitum est, nemini imposterum ad credendum vllo pacto vim esse inferendam, de consilio sacerdotum, præsertim episcoporum, in Hispaniam esse reuocatos, atque in eadem toleratos Iudęos, donec tandem Chinrilla rex probè cognitis eorum improbis moribus, & ingenio atque natura ad vnguẽ perspecta, cẽsuit, non esse illos amplius in suo regno tolerandos. expulsi sunt igitur secundo eo regnante. quod cap. 3. conc. 6. innuitur, his verbis,

Inflexibilis Iudæorum perfidia, deflexa tandem videtur pietate, & potentia superna. Hic enim liquet, quòd inspiramine summi Dei, excellentissimus & christianissimus princeps

ceps cum regni sui sacerdotibus præuaricationes, & superstitiones eorum eradicare elegit funditus. neq; sinit degere in suo regno eum qui non est catholicus. Itaque rex Chintilla nullam vim inferens Iudæis, sed lege tātum lata, qua caueretur, ne impósterum in suo regno, agerent infideles; ne christiani eorundem consuetudine, & familiaritate contaminarentur, facile effecit vt hi quibus in Hispanijs viuere animus erat impijs ritibus & iam mortifera abiecta circuncisione christiani efficerētur. cæteri vero ex Hispanijs fugam arriperent: alioquę contenderent, ad viuendum. quamobrem eodem ipso citato superius cap. de consensu regis à concilio lata lex est; vt cum primum rex regno inauguraretur, cum iuramento promitteret, se minime laturum viuere in suo regno quempiam infidelem. lex vero sic habet,

Lex d nō ferēdis Iudæis.

San-

Sanctum conciliũ simul cum consensu christianissimi principis, suorumque optimatum, illustriumq; virorum, hãc promulgamus Deo placiturã sententiã, vt quisquis succedentium temporum regni sortitus fuerit apicẽ, nõ antè conscẽdat regiã sedẽ, quàm inter reliqua conditionum sacramẽta pollicitus fuerit, nullum nõ catholicum permittere in suo regno degere. Si vero postquam ad regni gubernacula accesserit, ipse temerator huius extiterit promissi, sit anathema, maranatha in conspectu sempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni.

Pulsi sunt igitur, vt apparet, temporibus Chintillæ regis Iudæi secundo ex Hispaniis procedẽte vero ætate Eruigius rex, cupiditate pecuniæ fortasse illectus, vt quibusdam videtur, & præmiis corruptus, Iudeorum His enim artib⁹ semper reges aggres

ſi ſunt: nã etiam Carolum quintum regem noſtrum, adhuc puerum, magna pecuniæ vi oppugnare conati ſunt: ſed irritos eorum conatus fecit vir ſanctiſsimus & prudentiſsimus Ximenius Academię Complut. conditor, eoſdem qui pulſi iã fuerant, in hiſpanias, rurſum admiſsit. Egica vero rex quod cõſtat cap. 11. conc. 16. vt Iudæos ad Chriſtianam fidem amplectendam, ſolicitaret, atque allice-ret, hanc legem tulit, quam etiam ſacrum conc. confirmauit,

Quicunque iudęorum ad Chriſtum plena mentis intentione ſe conuerterint, & fidẽ catholicam abſque aliquo infidelitatis fucco, ſeruauerint, immunes habeantur.

Lex in fauorem iudæorum. Cum autẽ nihil hac via, & ratione proficeret Egica; ſed perfidi Iudęi in ſuis flagitijs adhuc perſtarent, atque artibus ſuis improbis agerent, vſque adeo, vt ad defectionem populos

 hortaren-

hortarentur, & solicitarent, tandem hanc legem cum concilio rex tulit de Iudæis, quæ extat cap. 8. concil. 17.

Quoniam iudæorum perfidia nõ solum tunicã sacri baptismatis christiani, quam succeperat maculauit, sed etiam contra regem, regnumque conspirare ausi sunt, suis omnibus rebus nudati, tam eorum perfidorum personæ, quàm vxores eorum, ac filiorum, & reliquæ posteritatis, per cunctas Hispaniarum prouincias, seruituti subiaceant perpetuę; maneantque vsquequaque dispersæ. Illique qui eosdem iudæos in seruitutem acceperint, in nullo permittant eos, rituũ suorũ ceremonias celebrare, aut colere: filios vero eorũ à septimo anno eorum, nullã cum parentibus suis habitationem, aut societatem habere permittant: sed fidelissimis christianis nutriẽdos tradãt: filiosq; eorum, *Lex contra Iudæos.*

ac filios christianis tradant in matrimonium: ne infidelium patrum suorum semitas iterare vllis occasionibus possint.

Ex hac ipsa lege nonnulla colligi possunt:

Dispersi sunt etiā Iudæi conuersi ad fidem. Vnum est, quòd non solum sunt dispersi & pulsi ex Hispanijs ab Egica, Iudæi, qui nondum fidem christianam susceperant, sed etiam qui fuerant cōuersi ad fidē. Cum dicat concilium, quoniam perfidia Iudæorum non solum maculauit tunicam sacri baptismatis, quam susceperat &c. omnibus suis rebus nudati per cunctas Hispaniæ prouincias seruituti subiaceant & maneant vsquequaque dispersi.

Conuersi uocantur etiam Iudei. Alterum est, quòd omnes sine discrimine vllo à concilio vocātur Iudæ, tam conuersi ad fidem, quàm qui minime conuersi fuerāt. Fortasse, quod ex Iudæis orti sint: aut quod ego verisimi-

risimilius puto, quod adhuc Iudaicè viuerent.

Tertium est, quòd omnes sunt eodem supplicio castigati, tametsi credibile sit, fuisse inter eos, qui ad Christi fidem conuersi fuerant, nónullos, qui susceptam per baptismum tunicam, non maculassent, sed candidam & immaculatam adhuc seruarent.

Oẽs eodẽ supplitio castigati.

Postremò colligo ex superiorib', filios Iudæorum infidelium adéptos fuisse parentibus, & baptizatos, eisdẽ repugnantibus; datosque fuisse nutriendos viris christianis: id vero iure optimo fieri potuit, quia cùm iudei regiam læsissent maiestatẽ, dum ad defectionem cõspirant; & regnum hostibus tradere student, tanquã hostes iudicati, atque habiti sunt, & in seruitutem redacti. quẽadmodum autem filij infidelium capti in bello, sine parentum consensu, imo vero repugnantibus etiam & contradicenti

Adẽpti sunt iudæis filij

bus eorum parentibus, baptizari poſ ſunt, quoniam iam non ſunt amplius parentum, ſed eorum potius, qui eos cæperunt in bello, ita quoque de Iudæis Egicæ tempore cenſendum eſt. nam propter admiſſum facinus, merito in ſeruitutem redacti ſunt: & innocentes filij præda capientium ſunt effecti, & iure, ac ratione ſine parentum cōſenſu baptizati. Ne quiſpiam parum cordatus putet, poſſe ex hoc conc. decreto, & chriſtianiſsimi regis Egicæ exemplo, anſam capi, ad baptizandum filios infidelium parentibus inuitis: Nam qui iure ſerui ſunt facti, non ſunt amplius parentum ſuorum: ſed eorum potius qui iure illos in ſeruitutem redegerunt. Alij vero, parentum ſuorum ſunt. Occupata Hiſpania à Sarracenis redierunt in illam Iudæi, ibidemque vixerunt, donec tandem ætate patrum noſtrorum, non ſine

magna

magna horum regnorum vtilitate, præsertim, quod pertinet ad religionem, Ferdinandus, & Elisabetha catholici reges, recuperato regno Granatensi, quod ferè septingentos annos Mauri tenuerant; & pacata vniuersa Hispania, de consilio magnorum virorum, Iudæos omnes Maurosque ex Hispanijs Expulerunt. Maxime vero prudentia clarissimi, ac pietate, & religione insignis Francisci Ximenij Cardinalis & Archiepiscopi Toletani, qui inter cætera prudentiæ, & sanctitatis suæ monumenta, Academiam Complutensem, opulentissimum omnium bonarum artium, atque virtutis emporium, in qua ego à puero sum educatus, orbi terrarum reliquit; vnde, tanquam ex equo Troiano, tanta hactenus doctorum virum copia prodijt, quanta satis sit ad implendã vniuersam Hispaniã. flo-

rerctq; multo magis siquos haberet mecenates,qui viros ingenio, & lite ris claros fauore suo prosequerétur.

Cæterum qui id consilij catholi cis regibus dederunt,conc.sexti To letani decretum sequuti sunt, cuius paulo superius métionem intulimus. ea sarracenis & iudæis optione reli-cta,vt quoniam statuerant catholici reges,nullum in suo regno infidelé patri viuere, aut discederent ex His pania,aut christiani efficerentur. sed nondum abolita perfidia eorum est,: qui catholicã fidẽ susceperunt. non-dum eorum plerique pristinos mo res deseruerunt neque obliti sunt ve teris cultus sui,& antiquarũ ceremo niarum. Orti ex iudæis omnibus ad-huc se negotijs immiscent. præferri cæteris student. & omnia subque de que trahere pro viribus laborant.at-que vtinã huius rei non tam multa exempla passim cerneremus sanctis-

simi

ſimi illius tribunalis beneficio, quod inquirẽdis, caſtigandis, & coercẽdis, id genus flagitijs à catholicis regib⁹ excogitatum eſt; Inquiſitionem vulgo vocamus. quod niſi diuina quadã prouidẽtia, & prudentia catholicorũ regum Hiſpania accepiſſet, fortaſſè nõ defuiſſent ex eis, qui res nouas in eadem molirentur. repreſsit tamẽ impiam hęreticorum audaciã ſumma celeritate hoc diuinitus nobis conceſſum tribunal. Quãquam ſarraceni, præſertim Granatenſes natali die Chriſti Ieſu ꝓximo ſuperiori anno 1568. cõmunicata re multo pri⁹ tum inter ſe, tum etiã cum rege Turcarũ, occupatis mõtibus Granatẽſibus, Al puxarras appellãt, in quos etiã olim ſeceſſerãt, cum primũ à noſtris vrbs Granata recuperata eſt; creato ex ſuis rege, factoque exercitu ſacerdotibus noſtris, & veteribus chriſtianis, quotquot intra ſua opida reperire

potuerunt, crudelissime prius interfectis, & nouis ad eam rem tormentorum generibus excogitatis, à fide & Christo, & regi data defecerunt, nostrorumque impetum adhuc sustinét. dignissimi qui perinde ac Iudæi quos paulo superius ab Egica defecisse cómemorauimus, In durissimā seruituté redigantur. Spolientur rebus suis. atque etiam per Hispaniam vniuersam dispergantur.

Caput XXXVIII.

Vtrùm ex hijs conc. conuinci poßit Toletanum Episcopum fuisse olim Hispaniarum primatem.

Diuisio Hispaniæ per prouincias.

VNiuersa Hispania in quinque ꝓuincias ab antiquis hominibꝰ diuisa est; Cartaginēsem videlicet, Tarraconensem, Beticā, Galiciæ, ac Lusitaniæ; quod constat tùm ex conc. 1. Tolet. tùm etiam ex. 1. conc. Bracarensi

rensi, vbi regulæ fidei traduntur aduersus Priscillianistas. Quanquã vt arbitror, Gallicia in duas prouincias diuisa est, Bracarẽsem ac Lucensem; cum eius fuerint olim duo Metropolitæ, Bracarensis & Lucensis. prouinciæ autem à Romanis in conuẽtus distribuebantur. Hispaniæ vero citerioris, quæ olim erat prouincia septem conuentus Plinius numerat libr. 3. conuentum vero appellat primariam ciuitatem quo conueniebant iudicij accipiendi causa multæ aliæ ciuitates, gentes, & populi. Huiusmodi erant conuentus Cluniensis, Cordubensis, Lucensis: cuius fit mentio, in conc. 1. vbi regulæ fidei traduntur. Habebant autem singulæ prouinciæ singulos Metropolitas. Nam Tarraconensis episcopus prouinciæ Tarraconensi præficiebatur. Toletanus Cartaginẽsi. Hispalẽsis Beticæ. Emeritẽsis Lusitanę.

ac

at vero prouinciæ Galliciç, nō vnus tantum, sed duo potius erant metropolitç, Bracarensis, & Lucensis: quod constat ex primo & tertio conc. Toleta. & primo conc. Bracarensi. ratio est, quoniā hæc erat omniū maxima amplissimaque prouincia. atque ideo per se quidē nominari solebat. Rex enim Gothorum, Hispaniæ, & Galliciæ rex appellabatur. & episcopi ex Hispania & Gallicia congregari dicebantur, cuius fines versus oriētem vsque ad flumen Iberum porrigebātur. versus meridiē ex fontibus Durij fluminis oriebātur: qui eandē perpetuò diuidebat à prouincia Cartaginēsi, & Lusitana. donec tandē in mare influeret. Ergo cum Gothorum tēporibus tot fuerint in Hispania metropolitæ; nemini dubiū esse possit, quim eorum aliquis primatum totius Hispaniç tenuerit instar patriarchæ. & hunc sanè existimo fuisse To

Cur fuerint olim duo Metropolitæ Galliciæ.

Fines Galliciæ.

letanum

letanum. eius primatus tria ego reperio non obscura argumenta, atque indicia. vnum quidem, quòd Toletum vrbs regia fuerit, atque appelletur. quæ ob eam causam, hoc insigni honore affecta est, vt quemadmodum ea vrbs cæteras omnes Hispaniæ ciuitates dignitate antecedebat, ita quoq; eius vrbis episcop⁹, reliquos omnes. hinc cap. 6. conc. 7. statutum, atque decretum lego, vt singulis annis episcopi vicini & suffraganei Toletum irent, inter cætera, episcopum videndi causa quod priuilegium nulli alteri metropolitæ scimus esse concessum. De Toletano vero episcopo sic legimus loco citato,

Archiepiscop⁹ Toletan⁹ primas Hispaniarum.

1. argum. Vicini episcopi singulis ānis uisitēt Tole. Archi.

Placuit, vt pro reuerentia principis, ac regiæ sedis honore, vel Metropolitani ciuitatis ipsius cōsolatione, conuicini Toletanæ vrbis episcopi, qui eiusdem pontificis admonitioné acceperint, singulis per annum mensibus

bus in eadem vrbe debeant cōmorari. Mesiuis, ac vindemialibus ferijs relaxatis.

Secūdum argumentum primatis.

Alterum argumentum inde sumo, quod episcopo Toletano, tanquam primati, facta fuerit olim facultas, cæteros omnes episcopos confirmandi, & præficiendi ecclesijs, etiam si suffraganei non essent, modo eosdem rex nominasset prius. Sic enim legimus cap. sexto, concil. 12. Toleta.

Placuit omnibus ponficibus Hispaniæ, atque Gallicię saluo priuillegio vniuscuiusque prouinciæ, vt licitum maneat deinceps Toletano pontifici, quoscunque regalis potestas elegerit, & iam dicti Toletani pontificis iudicium, dignos esse probauerit, in quibuslibet ꝓuincijs, & in præcedentium sedibus præficere præsules, & decedentibus episcopis eligere successores.

Tertium

Tertium denique argumentũ inde accipi posit, quòd licet omnes episcopi vnctioni regis interessent, Toletanus episcopus eam curam haberet maximè. quasi princeps, & caput cæterorum. quod explicuimus, cum de regis vnctione tractaremus paulo superius. *3. argum.*

Ex tribus citatis locis tria quæ diximus, argumenta capiuntur quibus non obscure effici videtur, primatum Hispaniarum penes episcopum Toletanum extitisse. Quo autem tempore primum id cæperit, non satis conijcere possum, ex actis conciliorum Toletanorum. Arbitror tamen ab eo tempore cæpisse hunc primatum, quò Toletum, vrbs regia esse cæpit. Atqui talis iam erat initio Reccaredi Regis, quod constat ex præfatione concilij tertij Toletani, vbi in hunc modum scriptum reperio, *Quo tempore cæperit esse primatus Toleti.*

Hæc

Hæc sancta synodus hab.ta est in sancta ciuitate regia Toletana.

Quāobrē cum christianismo Gothorum vt,arbitror, cæpit Toletum esse vrbs regia.& eius episcopus primatum Hispaniarum obtinuit.Eo enim tempore illam sedem ad vitam reges sibi delegerunt: & ideo conati sunt eandem,pro viribus nobilitate, atque honore decorare.

Caput XXXIX.

A quibus & quo pacto episcopi in Hispania ecclesijs præficerentur.

Reges nostri episcopū nominant.

NEmini dubium esse arbitror, penes reges Hispaniarum esse hoc tempore facultatem eligendi,& nominandi episcopos,ad ecclesias,liberalitate summorum pōtificum,&priuilegio ab eisdem collato. At vero vtrum tantundem acciderit temporibus Gothorum.dubitant multi, nec sine

sine ratione. Ego vero, quantum ex historijs conciliorum Toletanorum potui accipere, pro comperto habeo, hanc eandem facultatem ab initio agnouisse & exercuisse reges Gothos in Hispania, ut episcopos eligerent, atque nominarent ad ecclesias, nisi quod modo episcopos pontifex confirmat, olim minime. Hæc igitur forma in episcopis creandis in Hispania obseruabatur Gothorum ætate. Rex nominabat episcopos, Metropolitanus ille vero diligenter inquirebat, digni, an indigni essent episcopatu, quos reges nominassent, & quidem quos dignos reperiebat, præficiebat ecclesijs, indignos autem improbabat, & renuntiabat regi, vt pro his alios qui digni essent episcopatu, sufficeret. Neque, quod ego existimo, ad eam rem sententia pontificis spectabatur, sed ne requirebatur quidem. Id vero seruatum est in Hispa-

Episcopos Gothi nominabant.

Non ad[i]batur p[on]tifex cum episcopus creabat.

nia

nia ab initio regni Gothorum conuersorum ad fidem à tempore inquam Reccaredi, ac licet tépore Eruigij regis in concil. 12. Toletano, quod ostendimus superiore proximo cap. statutum, ac definitum sit, vt episcopus Toletanus præficeret ecclesijs quoscunque principis autoritas nominasset, non ideo adeptum est suum ius cæteris Metropolitis. quoniam id fiebat saluo priuilegio vniuscuiusque prouinciæ: hoc est aliorum metropolitarũ, quorum singuli singulis prouincijs præfecti erant. Et præficiebant ecclesijs, quos rex sibi suffraganeos episcopos nominasset. Etenim infra trium mẽsium spacium electus aditurus erat proprium Metropolitam, vt ab eo quæ pertinet ad officium, instrueretur. Intra id autem tempus præueniri poterat à Toletano episcopo, & præfici ecclesiæ, manente priuilegio eius metropolitæ.

Obiectio.

tæ, quod etiã fiebat priuillegio pontificis, vt is honos, Toletano episcopo haberetur, annuẽtibus etiã episcopis Hispaniæ. Hæc autem omnia, si intendamus tantisper animum, non difficile doceri possimus cap. 6. concil. 12. Toletani, in quo sic scriptum est,

Placuit omnibus episcopis Hispaniæ, atque Galliciæ, saluo priuillegio vniuscuiusque prouinciæ, vt licitum maneat deinceps Toletano põtifici quoscunq; regalis potestas elegerit; & iam dicti Toletani pontificis iuditium, dignos esse probauerit, in quibuslibet prouincijs, & in præcedentibus sedibus præficere præsules. Et decedentibus episcopis eligere successores: sic tamen, vt quisquis fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus, intra trium mensium spacium, proprij Metropolitani præsentiã visurus accedat, qua

liter eius autoritate, vel disciplina instructus, condigne susceptæ sedis gubernacula teneat.

Cum enim dicat concilium, quoscunq; regalis potestas elegerit, haud dubiè significat, penes ipsum regem existere potestatem episcopos eligendi, neque tunc primum eos illa facultate potiri.

Cum autem dicat, Toletanum episcopum posse ecclesijs, quoscunque præficere, quos regalis potestas elegerit saluo priuilegio vniuscuiusque prouinciæ, certo significat q omnibus Metropolitas facultatem habere ecclesijs preficiendi suos suffraganeos: cui nullo pacto vult concilium vt iniuria inferatur, tametsi illud priuilegium episcopo Toletano cōcessum sit præficiendi omnibus ecclesijs episcopos, & non modo suos suffraganeos: habuit enim hoc cum cæteris Metropolitis ab initio commune pri

uilegium à Pont. Max. concessum.

Rursus, cum dicat, saluo priuilegio vniuscuiusque prouintiæ, planè testatur, ipsos metropolitas non habere per se, ac suapte natura, facultatem ecclesijs præficiendi episcopos, sed potius beneficio, & liberalitate pontificis maximi; vnde illud priuilegium ortum est. quod enim nobis ex priuilegio inest, natura nostrum non est.

Præterea, cum dicat conc, quoscũque Toletani episcopi iudicium probauerit, dignos esse, manifestum est, non sine diligenti examine, præfici olim ecclesijs episcopos in Hispania consueuisse. Quod initio huius capitis asserueramus.

Postremò, cum episcopos nominare ad eclesias, atque eosdem eligere, probare, & ecclesijs præficere inquirereque vtrum digni, an indigni sint episcopatu, partim ad reges per-

tinuerit, Gothorum temporibus, partim ad ipſos Metropolitas, obſcurum profectò non eſt, in electione episcoporum Hiſpanorum, nihil omnino ſolitos eſſe agere pōtifices ſummos, Gothorum ætate, quod etiam ſuperius attigeramus.

Obiectio. Sed poſsit aliquis nobis obijcere, quod diximus, de epiſcoporū in Hiſpania, electione cū his aperte pugnare, quæ cap. 18. conc. Tole. 4. ſunt definita. Quo loco de electione epiſcoporum agitur, & ibi cōmemorantur ea, à quibus debet eſſe īmunis, & quæ habere debet, qui ad epiſcopatum aſcendit. Sed neq; ille, inquit cōc. deinceps ſacerdos erit, ſacerdotē vero apertè Hoc loco vocat cōcilium epiſcopum, quem neque clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit.

Quibus verbis electio tribuitur, vt apparet nō regi, aut metropolitæ, ſed clero potius, & populo eius ciui-

tatis, cui datur episcopus. Hęc autem obiectio facile dilui possit: & simul infringitur hęreticis ansa qua vti solent ad conuincẽdũm, electionẽ episcoporum, & sacerdotum quorumcunq; ad plebẽ pro qua orare debẽt, & cui᷒ stipẽdio aluntur spectare. Etenim cõcil. Tolet. citatum, & Nicenum vnde hoc decretum sumptum est cupit, atque statuit; vt qui sacris sunt ordinibus initiãdi, sed maximè episcopi, bonum habeant, tùm à cæteris sacerdotib᷒ testimonium, tùm etiã ab ipsa plebe. Quod antiquitus in vsu fuisse nouimus: & ętate nostra eius cõsuetudinis nõ obscurum vestigiũ manet. Nã dum sacerdotes & episcopi ordinantur plebs ipsa quę pręsens adest, de eorũ vita atque moribus rogatur, tametsi leuiter quidẽ, & perfuntorie cum olim serio id ageretur. & renouatum est in concilio Tridentino, pręsertim quod attinet, ad eos, qui *Soluitur.*

Cur dicatur clerus & populus episcopū eligere

sacros sunt ordines suscepturi. Hoc autē est quod conc. 4. Tolet. inquit, clerum, & plebem eligere sacerdotē debere: nusquam enim legimus à populo episcopos electos esse. Sed de ea re alio loco accuratius disseremus.

Caput. XL.

Quibus ornamentis præditos esse oporteret qui erant episcopi creandi.

QVale periculum de hijs qui erāt ecclesijs præficiendi, Metropolitæ olim facerent, & quibus illi partibus præditi esse deberent, explicatū est cap. 18. conc. 4. Tolet. quod sanè decretum, quoniā vtile admodū esset, si in vsum his temporibus reuocaretur, placet scrupulosè referre.

Ita enim habet,

Deinceps, qui non promoueātur ad sacerdotium ex regulis canonum necessario duximus, inserendum; id

est, qui in aliquo crimine dētēti sunt.

Qui infamiæ nota adpersi.

Qui scelera aliqua per publicam pænitentiā se admisisse cōfessi sunt.

Qui in hæresim lapsi sunt, vel qui in hæresi baptizati, aut rebaptizati esse noscuntur.

Qui semet ipsos absciderunt, aut naturali defectu mēbrorum, aut decisione aliquid minus habere noscūtur.

Qui secundæ vxoris coniunctionem sortiti sunt, aut numerosa coniugia frequentauerunt.

Qui viduā, vel à marito relictā duxerūt, aut corruptarū mariti fuerunt.

Qui concubinas, aut fornicarias habuerunt.

Qui seruili cōditioni obnoxij sunt.

Qui sæculari militiæ dediti.

Qui ignoti.

Qui neophiti, vel laici.

Qui curiæ nexibus obligati.

Qui ignari ac nescij literarum.

Qui nõdũ ad.30.annos puenerũt.

Qui per gradus ecclesiasticos nõ ascenderunt.

Qui ambitu honorem quærunt.

Qui muneribus honorem obtinere moliuntur.

Qui à decessoribus in sacerdotiũ eliguntur.

Sed neque ille deinceps sacerdos erit, quem neque clerus, nec popul⁹ propriȩ ciuitatis elegit. Hæc in concil.4.Tolet.cap.vero.8.conc.8.statuitur in hunc modum,

Solicitè constituitur, atque decernitur, vt nulli cuiuscunque dignitatis ecclesiasticȩ percipiãt gradũ qui nõ totum psalteriũ, vel cãticorum vsualium & hymnorum, siue baptizãdi perfectè nouerint supplementum.

Cap etiã.20.conc.4.Tolet.de re eadẽ cõdita lex est quã consulto taceo. atq; vtinã hȩc inquisitionis forma nõ fuisset hactenus prȩtermissa,

profe-

profecto, non spectassemus, quod sine lachrimis dicere nõ possum, onustos hac dignitate quosdam stupidos & bardos, preterea vacuos omnis literaturę, atque virtutis, plenos libidinum, atque omnis spurcitię, pecunię seruos, & beneficij accepti prorsus immemores.

Quemadmodum vero Metropolitis ex priuilegio, vt ostendi, inerat, probare, & reprobare electos à rege: ecclesijsque pręficere, ita quoq; Gothorum reges liberalitate, ac priuilegio Põt. Max. nõ suo iure, episcopos nominabãt, atque aligebãt. Hoc licet testimonio cõc. Tol. nõ cõuincatur, à simili facile persuadetur, quoniã cęteris principibus, quibus inest ea facultas, inest ex priuilegio. Guimeri⁹ pręses senatus Parisiẽsis, ad pragmaticã sanctionẽ. c. de annatis, ad verbũ, regalis, scribit, in tabulario regiarũ rationũ asseruari, de his reb⁹ põtificũ diplo

Reges gothi ex Poti priuilegio nominabãt epicopos.

diplomata, quibus tributū sit hoc priuilegium regi Gallorum. Guillebandus Durādus in parragrapho. 3. titulo de præbendis narrat, se diplomata pontificis legisse, quibus imperatori concessum sit, vt in singulis Alemaniæ ecclesijs, vnum Canonicum designet eodē loco inquit Lābertinus pōtificū beneficio reges Neapolitanos habere ius nominandi in quadraginta primarijs ecclesijs. denique Bald⁹ ad legē. 7. Theodosij, de precibus imperatori offerendis autor est, conferēdorū eorum sacerdotiorū, quæ præbendæ vocantur, beneficio pōtificis regi Angliæ, atque Vngariæ, ius & facultatem esse.

Caput XLI.

Quæ ratio seruari solita sit in Hispania in appellationibus sacerdotum.

QVa ratione in causis sacerdotum appellatio fieri soleret in Hispania,

nia, quoniã hoc ipsum magna consideratione dignũ est, ex concilijs Tolet. paucis docebo. Ergo cum sacerdos, aut monachus, contra proprium episcopum aut abbatem, causam habebat, quocũque nomine, lis accideret, appellabat Metropolitam. Prægrauatus autẽ à suo Metropolita Alterius prouinciæ Metropolitam appellabat: atque illi molestiã pressuræ suæ agnoscendã deferebat. si verò ab his duobus non audiretur, tandẽ regẽ adibat, causamque cognoscendam ei deferebat. & sanè vbi quispiã accusatus appellabat à proprio episcopo ad metropolitum proprium, vel ab hoc ad Metropolitam alterius prouinciæ, neque à suo episcopo, neque à suo Metropolita excõmunicari poterat: neque ab alterutro, cum appellabat regem at verò, si prius esset excõmunicatus, quàm appellasset. non absoluebatur ab eo, cuius petebat iuditiũ, nisi

Ratio appellandi.

Quæ forma seruaretur.

tium agnos-

agnoſceret prius, fuiſſe iniuſtè, ac ſine ratione excõmunicatum: & ſatisfecisset eius qui eum excõmunicauerat, obiectis: hęc erat Gothorum tẽporibus appellãdi ratio. Hęc forma. Id cõſtat cap. 12. concil. 13. quod placet ſcrupuloſè referre,

Quicunque ex clericis, vel monachis, cauſam contra proprium epiſcopum habẽs, ad Metropolitanum, cauſatus acceſſerit. non antè debet à proprio epiſcopo excõmunionis ſententia predãnari, q̃ per iuditiũ metropolitani ſui, vtrùm excõmunione dignus habeatur, poſsit agnoſci. q̃ ſi ante iuditiũ, quis epiſcoporum in taliũ pſonas, excõmunionis ſẽtẽtiã prõpſerit, illis penitus, quos ligauerit, abſolutis, in ſe illã nouerint retorqueri ſententiã. quod etiã & inter metropolitanos cõuenit obſeruari, ſi pręgrauatus quis à proprio metropolitano, ad alterius prouintię metropolitanum

num molestiā præsuræ suę agnoscendā detulerit. aut si inauditus à duobus Metropolitanis, ad regū auditus negotia sua perlatur⁹ accesserit. & ob hoc excōmunionis iugulum à ꝓprio episcopo, illi videatur, infigi: hoc tamē est obseruādum, vt si prius vnunquēq; excōmunionē contigerit, suscepisse, q̄ a ꝓprio episcopo ad alium pertrāsiret, tandiu excōmunicatus, apud eum, cuius iuditium petijt, habeatur, quādiu excōmunicatoris sui obiectibus, vtrū iustè, an iniustè alligatus sit, agnoscatur. c. etiā. 19. cōc. 3. Tol.

Clerici tā rurales, q̄ dioecesani, qui se ab episcopo grauari cognouerunt, querellas suas ad metropolitanum deferāt & metropolitanus nō moretur huiusmodi pręsumptiones auertere.

Caput XLII.

Cur in conc. Tolet. unius ecclesiæ duo interdum episcopi nominentur.

Repe-

illi nugātur, cōtinetur Romanorum ad Arrianā hæresim traductio.

Caput XLIII.

Vtrùm legendū sit, episcopi Hispaniæ & Gallicia, an Hispaniæ & Galliæ, in quibusdā cōc. Tol.

POstremò mihi scrupulus eximendus est, qui me male torsit aliquando, is est, vtrùm in his conc. legēdum sit, episcopi totius Hispanię, & Galliciæ, an potius Hispaniæ & Galliæ. nā interdum hoc, interdum illo modo scriptū reperimus. cap. 1. cōc. 14. per totā Hispaniā vel Galliā. initio. 15. omnes Hispaniæ, Galliæque pōtifices. cap. 1. cōc. 17. plærisque Hispaniæ, Galliæque episcopis. cap 6. eiusdem, per cunctas Hispaniæ & Galliæ provincias. Sæpenumero etiā Galliciæ legimus. cap. 6. conc. 12. placuit omnibus pōtificibus Hispaniæ, atque Galliciæ. In præfat. conc. 3. hæc synodus habita est, in sancta ciuitate regia

Toletana, ab episcopis totius Hispaniæ, atque Galliciç. ad lectionē variā accedit etiā ea ratio, ꝙ his cóc. nó modo interessent episcopi galliciç, sed eius etiá partis galliç quā tenebāt eo tē pore Gothi, & gothicā appellabāt eo nomine; Narbonēsis modo dicitur. sçpe enim reperitur subscriptio Narbonensis metropolitç & episcopi Carcassonēsis, qui ad hāc ꝓuinciam pertinent. duobus igitur his nominibus dubium est vtrùm Galliç àn Galliciç legere oporteat. neque ex historijs quidpiā habui certi, quo dubitationem tollerem, & cōponeré cótro uersiam. arbitror tamen, non Galliç sed Galliciç legendum esse. In quam sententiā primū ea ratione adducor, ꝙ frequētissime in his conc. hæc lectio adsit, illa raro. deinde, quia cum Gallicia, tam ampla prouincia sit, q̄ diximus superius, & illam Suevi, nō ante gothos modo, sed tēporibus etiam

Galliciæ legēdum nō Galliæ.

tiam

tiam gothorum tenuerint, qui simul cum Reccaredo christianã fidẽ successerunt, cum de Hispania mẽtio fieret, potuit rectè ꝑ se gallicia nominari. Tertio, reperio aliquot locis, prȩsertim in præfat. conc. 4. regem apellari Hispaniæ atque gallicię, non galliæ. ergo episcopi etiam Hispaniæ & gallicię merito vocabuntur. Nã ex quo tempore gallicia ad fidẽ rediit, regnum etiam illud à Sueuis ad gothos translatum est, & vocati sunt reges Hispaniæ & gallicię, vt merito episcopi dici debuerint Hispaniæ, & gallicię. Huius rei testis est præfatio conc. 3. Tole. cum ait, neque enim sola gothorum conuersio ad cumulum nostræ mercedis accessit, sed Sueuorum gẽtis infinita multitudo, quam cælesti præsidio nostro regno subiecimus. cap. n. 18. conc. 4. sic legitur, Quia hęc obseruatio, per multorum loca terrarum, regionesque Hi

 spanię

ſpaniæ in eccleſijs cōmendatur, dignum eſt, propter vnitatem pacis, vt in gallicianis eccleſijs conſeruetur.

Ecce quo pacto eccleſias Hiſpaniæ, à gallicianis diſtinguit ſynodus. cap. etiam. 10.

In omnibus conſeruetur per Hiſpanas, galliciæque prouincias. &c.

Cap. 12. ſicut enim orationes, ita & hymnos, nullus noſtrùm vlterius improbet, ſed pari modo in gallicia, Hiſpaniaque celebrent.

Illud maximè cōfirmat noſtram ſentētiam, quòd poſt conuerſionem gothorum & Sueuorum in gallicia, dicat rex in præfat. conc. 3. ad roborandam nouellam conuerſionem gētis noſtræ, Omnes Hiſpaniarum, & galliciæ eccleſiæ hanc regulam ſeruent, vt antè cōmunionem recitent ſymbolum fidei.

Cap. 13. per omnes Hiſpaniæ eccleſias vel galliciæ.

In quibus locis iudicio meo, pro gallicia, legi non poteſt gallia. Specto quid alij ſentiant, ego interim in hac ſum opinione, à qua facilè dimouebor, ſi in contrarium alicuius prætij ſuppetat ratio.

Caput vltimum.

POſtremò veluti coronidem addere lubet, ea eſt, colligi ex hijs quæ ſunt à me hactenus in cõmentarium relata iuditio meo tẽporibus gothorum, nihil negotiorum ex Hiſpaniis Romã adire ſolere. Nam neque electio epiſcoporum Hiſpanorum Romæ fiebat, cum ea fuerit regum Hiſpaniæ. Neque eorum confirmatio, ſi quidem à ꝓprio metropolita eccleſijs præficiebãtur illi quos reges elegiſſent; vel ab epiſcopo Toletano poſtquam probati eſſent. Cætera minora beneficia, ego nõ dubito, quin ab ipſis epiſcopis conferrẽtur, tamet

Nihil negotiorum ex Hiſpania Romã adibat Gothorum tẽporibus.

ſi

si huius rei nullam in concil. Tolet. mentionem factam reperio. Iam verò lites omnes, causę, & controuersię sacerdotum in Hispania ꝓculdubio finiebantur. minores enim causas sacerdotum & monachorum statim iudicabat proprius cuiusq; episcopus. ab eo fiebat appellatio ad proprium Metropolitam, ab hoc, ad alterius ꝓuincię metropolitam, atque hinc tandem ad regem prouocabatur, qui litem dirimebat. graues autem causæ, etiam maximę, in cóc. agebantur, & terminabantur. quæ enim potest esse causa maior, q̃ metropolitæ, addo etiam q̃ primatis præsertim vbi de eo exturbãdo à dignitate, atq; spoliando agitur, atqui scimus in conc. Tolet, actam esse causam Potamij Bracarensis, & Sisiberti Toletani, Hispaniarumque primatis; & vtrumq; honore, ac dignitate deiectum esse, atq; alios pro hijs à conc. ecclesijs præfectos.

ctos. sed habebant id Hispani tum episcopi, tum etiam reges ex priuilegio, hoc est beneficio, & gratia summorum pontificum Romanorũ, quẽadmodum habet Siciliæ rex monarchiam in ea insula. Omnes enim ecclesię causas tractat. omnia beneficia confert: perinde ac si pontifex summus esset. liberalitate tamẽ & priuilegio, vt dixi Romani pontificis, quod nos Tridẽti legimus, cum in cõcilio ageremus, cui ex officio incũbit, vniuersalem ecclesiam regere: & pascere omnes Christi oues, quam ille facultatem in Petro accepit à Christo. Iurabant tamẽ omnes Hispani sacerdotes, cum primum ordinibus sacris initiabantur, sed præsertim episcopi cap. 10. conc. Tol. 11. se obedientiam præstituros præeminenti sibi, idest, Romano pontifici. cui necesse est pareant omnes, qui volunt viuere christianè.

FINIS.